nihil plane de sua substantia communicando ei qvi genitus est, (corrumpi enim, dividi&in partes secari DEus neqvit, qvi vero corrumpi neqvit, propriam certe effentiam communem non facit) neqve alium in sublistentiam sui fimilem producendo, seu alium. penes se substituendo : ipse enim folus ingenitus est : (juxta illam vero ingenitam effentiam, ut aliqvid abiplo generetur, fieri neqvit:) neqve igitur propria effentia abulus eft, fed fola Voluntato genuit: neqve ad similitudinem suz essentiz, sed qvalem voluit, talem generavit : perqve hunc primum qvidem omnium, majoremove cæteris Spiritum Sanctum fecit, propria sane sua potestate & mandato, operatione vero & potentia Filii. Post hunc autem reliqva cuncta in cœlo & in terra, visibilia & invisibilia, corporea & incorporea per eundem fecit Filium, Unus enim est DEus, ex quo sunt omnia, juxta Apostolum, unusque est Dominus JE/us CHristus, per quem sunt omnia. Unus igitur estDEus non genitus, non creatus, non factus. Et unus est Dominus JElus CHriftus DEI filius, genimen unigeniti, non tamen instar unius ex aliis rebus generatis: creatura non creati, non tamen.

σεως μεταδές τῷ γεννηθέντι. ΑΦ-Jagro vag z adiaspero, z apéenso à Geós, à d' à plagto της έαυτε έσίας έ μεταδίδωση. Ουτε καθ' έαυτον άλλον ύποςησάμε-B. Moro yae duris dyéventos אמדם לב דאי באציעאדטי צרומי אני-งหุวิที่งay advivator. Oute ี่ยง ปหุ έαυ] δ ουσία άπεχρήσατο, άλλά τη βελήσει μόνη. ούτε κατά την έαυτοῦ οἰσίαν, \dot{a} λ \dot{b} iov f) $\dot{e}\beta$ ελήθη, έγεννησε. Και δια τούτε πρώτου μέν στάντων χ μείζου τ Πνευμα το άγιον εποίησεν, εξεσία μεν ίδια η προσάγματι, ενεργεία de x durápes τοῦ Υιοῦ, μετα de Joũr Jà λοιπά πάνζα Jà ἀ οὐρφvũ x ėπi yns, oegia je x doeg-]α, κ σώμαζάζε κ ασώματα δια τε 'με' έποίησεν. Εις γαι Θεος έξ ετα πάντα , χατα ζον Από-50λου, g) ż μς Κύει ('Ιησοῦς χersos, δι οῦ Jà πάνλα. [°]Eis οῦν. Θεός αγέννη . , axh5 . , aποίη-10, 2 is Kiero 'Inoous Xerso's à 'Tiès

f) Caveus, diav edidit, sed diev habet MS. Gud. & Lindebrog. g.) 1. Corinth, VIII. 6.



APOLOGETICUS.

δ Τιος τῶ Θεῶ, γέννημα τῶ ἀγεννήτε, ἐχ ὡς ἐν τῶν γεννημάτων, κτίςμα τῶ ἀχτίςε, ἐχ ὡς ἐν τῶν χτιςμάτων, ποίημα τῶ ἀποιήτε, ἐχ ὡς ἐν τῶν ποιημάτων, καθώς ὑρηται ὑπὸ τῆς ἁγίας γεαΦῆς. h) ΚύεκΘο ἔκλοτέ με δεχην ὁδῶν ἀυτῶ, πεϳ τῶ ἀἰῶνΘο ἐθεμελίωσέ με, πρὸ δὲ πάντων βενῶν γεννᾶ με. Καὶ ἐν Πνῦυμα ἅγιον, πρῶτον κομ μέἰζον πάντων τῶν τῶ μουογενῶς ἔργων, 1) πεοςάγμαλι μὲν τῶ Πατεϳς, ἀνεργέια δὲ χ δυνάμει τῶ Τιῶ γενόμενοι. instar unius ex aliis rebus creatis: opus factoris, non tamen instar unius ex aliis rebus factis. Qvemadmodum pronunciatum est à laneta Scriptura: Dominus creavis me initio viarum sum, ante scala fundavit me, ante omnes colles gennit me. Et unus Spiritus Sanctus, primum omnibusque cæteris majus Unigeniti opus, jussu qvidem Patris, operatione vero & potentia Filii factus,

305

Digitized by GOOGLE

5. Hunc Eunomii Apologeticum cum præter Apollinarium S. Balilius refellillet, cujus & folida inprimis vifa est, atqve ætatem. tulit lucubratio: Eunomius multis annis post, suam adversus Basilium telponfionem five arohoying arohoying in lucem protulit illo jam defuncto, fed & hanc postea Gregorius Nyffenus, cujus opus exftat, tum Sophronius & libris XXV. Theodorus Mopfvestenus confutarunt. Sophronii & Theodori scripta, cum Eunomii ipsius libris Basilio oppolitis interciderunt. Parum est credibile qvodPhilostorgius VIII. 12, narrat Bafilium, cum in primum Eunomianz responsionis librum incidifict, Baguguungoarta animo dolore affectum vita exceffife. Idqve mendacii, non dubitat arguere Photius, qvi in Bibl. Codice 138. refert Eunomium, post plures demum Olympiadas elucubratum opus studiole clam habuille, ac vix sectatoribus suis monstrasse, ne in Bafilii manus veniret, atqve illo demum defuncto evulgasse. Táuτην την βίβλου ωδινοντα πολλάς Φασιν, αυτον έτων ολυμπιαδας κατατελ-Ψαι όν δικίσκου έαυτον καθειργνύντα, και λαθρούους μίζεσι το πονηρου εχένο τέχας χύοντα, μόλις ής Φώς δι ετών αμβλωθείδιον έπτρωσαι. Θάλ-

h) Prov. VIII. 22. i) al. leyer.

* Nyffenus Tom.s. pag. 289, & 298, feq. lib. f. sontra Eunom, edit. A. 1638.

Libri V. Pars 4.

EUNOMII

Lib, V. cap. 23.

πων τε έχθιθεν, και μόλις και αυτοίς τοις συμμύσαις έπιδειχνύναι το χύημά, δεδίστα μάλιτα, μήπως και αυτό ταις Βασιλεία χερσίν επιπεσόν πελν א האצוי אמטראי לומדהמטאי , אפן הפי דע מישאיד בארפטישי מערט מאס-Φθαρέν. Διόπερ επιμελώς, και ώσπερ ότο Κρόνε μύθο, το γέννημα καταπιών, εκρυπτέ τε και συνεκάλυπτε, μεχεις αν ή Βασιλία ζωή τώ επιχήρω παρατικομένη βίω τον Φόβον επέσειεν. Etiam χατ' αυτήν τε άγιε Basileis The rolunger (ub ip/am Bafilii mortem le Eunomii scriptum accepisse Nyssenus testatur, plenum conviciis in beatum Virum. Qvod porro Photius tantum libros tres relponfionis Eunomianz commemorat, Philostorgius autem libros qvinqve, factum inde esse potest, nisi in numeris ex altera parte error, vel laplus memorirz; qvod Basilius tribus libris proprie & xara noda Eunomii apologeticum confutaverat, subjunctis adversus eundem veluti spicilegii in morem duobus libris amonow, ut supra pag. 78. notare me memini. Itaqve Eunomius potuit tribus prioribus libris tres libros oppoluisse quos legit Photius, deinde respondisse etiam ad duos posteriores: atqve adeo omnes qvinqve, Philostorgio innotuisse. Hinc puto Nyssenum duplices Eunomii Xoyse commemorare in Epistola. ad Petrum fratrem luum, libris adversus Eunom. præmissa, yrgeπται δέ μοι έ προς άμΦοτέρες τες λόγες. Scripfi autem non contrais ntrumque Eunomii opus, neque enim tantum temporis concessum est, cum is qui librum bareticum commodato dederat, eum valde inciviliter repetiverit - - nam feptendecim tantum dies buie lucubrationi impendens fieri non potuit ut tam brevi tempore utrumque refellerem. Præter ca qvælib. 1. pag. 317. leq. ad 428. Tertio libro iterum incipit Nyslenus Eunomii contra Basilium opus qvod ad dogmatica attinet confutare, ubiait eum on reirs, tertia vice infurgere adverfus veritatem. Nimirum fecundam vicem intelligens illam ex 9 eou fidei, quam Theodofio Imp. Eunomius obulit, qvamqve supra pag. 253. seq. exhibui, atqve integro libro secundo Nyssenus refellit, qui primus est in editione Gracolatina Anni 1615. Prima vice infurrexit adversus Catholicam de Filio ac Spiritu S. doctrinam Eunomius, quando Apologeticum scriplit, à Basilio confutatam. Hunc Balilium intelligit Nyllenus, qvando luum. Πατέρα, 20 mynriv, διδάσχαλου appellat, ut lib. III. pag. 105. και ύπο τίν φ μάχεται προς του διδάσκαλον ήμων, τον συμβελεύοντα μή κατατλμάν έπι των θέων δογμάτων της ονοματποιώς. Primi libri Nyfseniani prior pars à pag. 284, ad 317. calumniis adversus Basilium & con-

-300

& conviciis † Eunomii repellendis impenditur, exagitans subinde Eunomii logvacitatem & αμέτρητόν δυα σωρέιαν δημάτων ut pag. 287. logvitur, & Sophisticam τεχυολογίαν pag. 343.

In transcurfu liceat hoe loco monere, qvod in editione Parifienfi A. 1638. l. 1. Nyffeni contra Eunom. T. 2. p. 285. annotatur in margine auxilium S. Pauli à Nysseno invocari. Qvam notam à Gretsero, docto illo fed fervido ac maledicentiffimo Romanz Ecclefiz dogmatume propugnatore appolitam, falfam comperiet haud dubie qvi Nyffeni verba inspeccrit. Movor infor io inas n to as eves in Kusoa Suraus δια των έυχων τε έν αστενέα τε σώματο την δύναμιν έαυτε τελιμώσαιrG., tantum adfit nobis virtus illa qua imbecillitates corroborat, per proces ejus qui in corporis infirmitate vim propriam perfecit. His verbis non ad Paulum fed ad CHriftum respicitur Matth, XXVI, 41. Similiter frigidum eft qvod pag 306. idem Gretferus in margine annotavit Eunomiam. effe Luther annm. Qvamobrem qvælo ? qvia nempe Nysfenus ait Eunomium statuisse ubry denew To angewing the alecturit wish megs redescionta, ad perfectionem sufficere bomini solam bareticam fidem. Itaqv Gretlero fides Eunomiana est & hæretica, qvam ad justitiam suffeciffe Abrahamo scripsit S. Paulus Apostolus, neqve enim aliud Lutherus sentit, aliud Paulus cujus hæc sunt Rom, IV. 5. Ei qui non opevatur, credenti autem in eum qui justificat impium, reputatur fides ejus ad ju-Ritiam secundum propositum gratia DEL.

† Vide pag. 300. 305. 307. 371. 397. &c. πολύς έυροῶν τῶς λοιδορίαις pag. 396.

Confer Jo. Rainoldum in cenfura Apocryphorum Tom. 1. pag. 179. & Jo. Pearfonium ad Symbolum Apostolicum pag. 236, feq. gvi Phæbadium gvogve Arionum mentionem facere observat. cap. 25.

* Epiph. LXIX, 1. & pag.717,&731.

ARII HÆRETICI

Hi-

1200c

Digitized by

bus confundi quandoque, non est incredibile, ac diserte id notarunt viri doctifimi Henr. Valefius lib. 2. Observatt. Ecclesiastic, c, 2. & ad Sozomeni II.30. Petrus Franciscus Chifletius ad Vigilium p. 137. & D. Thomas Ittigius in Hiltoria Concilii Nicani pag. 58. Erupit harefis Arii Alexandro Alexandrinam moderante Ecclefiam circa A. C. 316. Ipfe harefeos auctor in Concilio Nicano A. 325. damnatus actusque in exilium postea A. 327. post missum ad Episcopos satisfactionis libellum revocatur, & cum aliam fidei professionem deinde etiam Imperatori Conftantino obtuliffet, neqve aliud qvamilla comprehenderetur sentire se confirmasset jurejurando, à qvibusdam Ecclessis nec non à Synode Hierosol, A. 335. recipitur, sed antequam ab Alexandro CPolitano, qvod sperabat se impetraturum, admitteresur, CPoli repentina morte, dum in secessi fu falvum levare, in-Aituit, extinguitur A. 336. ut complures veteres uno ore tradunt + qvibus fidem non habere impudens effe existimo, licet incredibile mihi videtur qvod legas in Fauftini & Marcellini libello precuma pag.s. gravisfimo repente dolore cruciatum omnia (na viscera & ipsum cor quod erat the faurus impletatis, effudisse in ftercora, atque ita mirabile dietu, internis omnibus evacuasis attenuatum effe, ut per angustias foraminis & sedilis. totus ipse laberetur.

Res Arii & Arianorum, præter veteres Athanalium', Epiphanium hæreli 69. Gelalium in Hiltoria Concilii Nicæni, Nicetam libro V. thelauri Orthodox. fidei, Eutychium Panopliæ titulo XI. Annaliumqve & Hiltoriæ Ecclelialticæ lcriptores, lingulari studio persecuti sunt Gallico idiomate Godfridus Hermantius in vita S. Athanalii, Tillemontius Tomo sexto memoriarum, Ludovicus Maimburgius in Arianismi Historia. Latine Petavius in dogmatibus Theol, de SS. Trinitate, atqve exnostris B.Doctor meus Thomas Iteigius in Historia Concilii Nicæni, qvam post ejus obitum V. C. Christianus Ludovici edidit cum. notis, Lipf. 1711. 4.

Symbola novem varia Arianorum, qvibus ipli non latis conftabant libi, vel fidem suam ex parte dissimulabant, memorat Socrates lib.2, cap. 41. Hist.

Vix proditam Arii hærefin fummo ftudio oppugnare instituerunt Alexander Alexandrinus, Athanasius, Lucifer Calaritanus,

Vide Hermantium de vita Athanafii IV. 19, D, Ittigii Hiftor, Concilii Nicani §. 16, Tillemont, T.6, pag. 196, feq. memor, Hilarius, aliiqve Orientis pariter & Occidentis Doctores clarissimi, qvorum scripta partem etiam ætatem tulere,

Concilia adversus Arium celebrata, Alexandrinum inprimis A.322. Nicænumqve A. 325. tum alia undecim usqve ad CPolitanum A. C. 383: una cum pluribus aliis pro Arianorum, semi Arianorumqve factione celebratis exponit Jo. Clericus in Bibliotheca Universali Tomo VIII, sect. X.

Ariani, five ut Epiphanio Ariomanitæ, vocantur etiam Execontii, qvod CHriftum docuerunt effe & Goz ovtwv, Coteler. Tom. I. monument. Græc. pag. 780. feq. & Porphyriani, à Conftantino Magno apud Gelaf. in Actis Concilii Nitæn. lib. 2. cap. 37. & Socratem lib. 1. cap.9 pag. 32. velut qvi Chriftomachi Porphyrii infliterint veftigiis: Eucianifta etiam à Luciano Antiocheno, & Eulebiani ab Eulebio Nicomediensi, Aëtiani & Eunomiani ab Aëtio & Eunomio, qvi & Anomal qvod Chriftum avóµosov Patri docerent esse : uti Semiariani, Georgio Laodiceo & Basilio Ancyrano auctore, non oµosorsov qvidem at oµosgouv.

1. Epistole variæ, ex qvibus extant Epistole ad Euseblum Nicomediensem, qvam servavit Epiphanius LXIX. 6. & Theodoritus lib. 1. Hist. cap. 5. Incipit : τη Πατρός μη Αμμωνίη. Extat & apud Nicephorum VIII. 9. & Latine in Tripartita lib. I. cap. 15.

Ad Alexandrum Alexandrinum. Habent Epiphanius LXIX. 7. & Athanasius lib. de Synodis Ariminensi & Seleuciensi. T. 1. pag. 885. & Latine S. Hilarius IV. de S. Trinitate p.83. atque Marius Victorinus ante libros quatuor de S. Trinitate, Tom. 4. Bibl. Patrum edit. Lugd. Incipit : ή πίξις ήμῶν ή ἀκ. προγόνων.

Epistola sive ut Rufinus lib. 1. c. i 1. Histor. appellat, Fides ad Constantinum Imp. apud Socratem I. 1. c. 26. Sozomenum II. 27. Incipit : uaθως προςέταζεν ή θεοΦιλής σε ευσέβεια. Extat & apud Nicephotum VIII. 47. & Latine in Tripartita III. 6. Valesium qvi hunc satisfactionis libellum A. C. 335. non ab Atio hæresiarcha sed altero juniore oblatum Constantino putat, refellit Antonius Pagi ad A.C. 340. n. 16. seq.

Non omittendum qvod Socrates lib. 1. cap. 6. pag. 15. narrat Arium collectionem fecisse Epistolarum cause sus ventium, in qvibus non dubium est etiam Aril ipsius Epistolas infer-

Qq 3

Digitized by GOOG

Digitized by GOOGLE

tas fuisse. Sic contrariam Epistolarum συναγωγήν compoluit Alexander Alexandrinus, ut idem Socrates testatur. Πεποίηνται τῶν Ἐπι-50λῶν τέτων συναγωγάς Ăgee@ μέν τῶν ὑπερ ἀυτῦ, Αλέξανδρ@ δε τῶν ἐναντίων. Sozomenus lib.1. cap. 1. pag. 401. Ἐις ἀπόδεξίν τε τῦ δόξαι σέβειν ἐρθῶς, ἱι μεν τοῖς, ἱι δὲ ἀκείνοις προσιθέμενοι, συναγωγην ἐποιήσαντ τῶν ὑπερ τῆς ὀικείας αἰρέσεως Φερομένων Ἐπισολῶν, ἐς τὰς ἀναντίας παρέλιπον.

2. Libellas satisfactionis ad Episcopos, per quem obtinuit ut A, 328. abexilio revocaretur. Vide Antonium Pagi ad A. 327. num, 4.

3. desuara cantica varia, de quibus Photius in excerptis è Philostorgio II. 2. ole rov Apenov dromydyoavra rijs Exxanosias Onoi des uará re vaulua neu en invitu neu odostogua cantica que à navigantions, velad molas * laborantibus manuarias, vel ab iter facientibus decantarentur, neu re du dia rijs cr rais ueradiaus ndovijs cuntér lav regis rijv dischar doéleuar ris duaresépse rair diveraux. Confer Rev. D. Jo. Andrez Schmidii diatribam de propagatione religionis per carmina, Helmstad. 1710. S. 24. & Salomonis Ernesti Cypriani de propagatione haresium per cantilenas, Coburg. 1708. Jen. 1715, cap. 4. Meminit desuarias Arii S. Athanalius de Synodi Nicznz docretis Tom. 1. pag. 264.

4. Canticis illis eodem loco jungit Athhanafius Arii Tbaliam, de qva fæpius alibi mentionem facit, testatus eam hæreli suæ disseminandæ compositam ab Ario, cum ab Alexandro Alexandrino ejectus apud Eulebium Nicomediensem versaretur. 'Exstanded Raj émiterseis Åper mage täv mege 'Eurésiov, συνέθηκεν έαυτ i thv eupeouv ev xápth, xaj ώς ev Θαλία (in Convivali lætitia) (ηλώσας soleva täv Φρονίμων, akka tov Aryúnskov Σωτάδην er tä ήθει naj enλύσει të μέλες. pag. 883. de Synodis Arimini & Seleuciæ, ubi prolixum exillo Arii scripto locum affert, sed in qvo nullum licet metrum deprehendere. Idem pag. 552. lib, de Dionysii Alex. sententia: s μεν Åper for thv idian κακοδοξίαν enslo éμεν έχρα το Σωβάδην. Et Orat, 1. contra Arianos pag. 307. Αντί γαρ Χεριτώ πας aveis Åper o, ώς παρα Mavixaious Mavixai Maxia. Avri de Mώσεως naj τών άλλων άγίων Σωτάδης Kore

* Confer Jac. Godofredum ad Philoftorgium pag. 47. feq.

SCRIPTA DEPERDITA.

ας έξευρηται παρ' αυτοίς, ό η παρ' Ελλησι γελώμενο, η ή θυγά-τηρ Ηρωδιάδο. Τη μεν γαρ το κεκλαςμένου η θηλυκου ήθο μεμήμηται γράφων Αρικος αυτός Θαλίας. Της δε Την όρχησιν εξήλωσε έξαρχούμενος κ παίζων ου τοῦς Θαλιά. 195 σε 197 ορχούν εγλωσε εζ αρχούμενος κ παίζων ου τοῦς καλα Σωθήρος δυςΦημίαις &C. Et p.309. παεα μηδενί θαλείας ευριςκομένης άλλα μηδε παρο ζοις σπεδαίοις ζών Ελλήνων, η παεα μόνοις τις άδεσι τα τιαυτα παρο πότν μελα κείβε κ σκωμμάζων ου ποιδιοῦς, ένεκεν τη γελασία παρο εξέρων. Ο θαυματος Αρμος ούδεν σεμινού μιμησάμενος, άλλα κ Τα Τών σπαδαίων ά-γνοήσας πλώτά Τε Τών άλλων αίρεσεων ύποκλείμας Την Τε Σωτάδα μόνε γελοιολογίαν έζηλωσε. Τι γαρ επρεπε ποιείν αυτόν, η θέλοντα κατα τη ΣωτηρΟ ορχήσασαι, τα δύσηνα έαυτη βήματα της ασε-βείας ου οπλύτοις και παρειμένοις μέλεσε σημαίνειν. Et pag. 312. μετα τέτων δε ώσπερ και διάδοχου της προπετείας τε διαβόλε γενό-μενο εθηκεν όν τη Θαλεία, ώς άρα και τω 'ιω ό πατηρ αόρατου υπάρχη. Acpost nonnulla ex illo Arii scripto adducta, ταυτα, inqvit, μέρη των αν τω γελοίω συγγράμμαλ καμένων μυθιδίων επίν Αράν. Τίς τοίνου των Ριστων και το μέλος Θαλέας ακόσας, ο μισήσπεν έν δίκη παιζοντα του Αρειον ώς έπι σκηνής έπι τύτων; A Con-cilio Niczno reprobatam Arii Thaliam testatur Socrates lib. 1. Cap. 9. pag. 30. 15του δε όλ ΑρειΟ. Βιβλίου συνέγρα τε περλ της εαυτά δόξης, ο επέγρα τε Θαλείαν. Έςι δε ο χαρακτήρ τα βιβλία χαυνΟ. και διαλελυμένΟ., τοῦς Σωταδίοις † ἄςμασιν ήτι μετροις παραπλήσιω. Όπερ και αυτό τό τε ή Σύνοδω απεκήρυζεν. SOzomenus lib. 1. c. 21. & שאי מאאם א דמה אלצמה דאה מידה לילאה מאדבκήρυζαν, ng) το βιβλίου ο περί τάυτης συντάζας Θαλείαν επέγρα Ve. Τέτε γαρ τε συντάγματος ώς επυθόμην, έ γαρ ενέτυχον, διαλελυμένος εςίν ό χαρακτήρ, ώς εμΦερής έναι τη χαυνότημ Τίς Σωτάδη áspaow. Ita Sozomeni jam ætate difficulter Thalia Arii reperiebatur.

Arii scripta pœna capitis in occultantes proposita flammis tradi jubentur in Epistola Constantini apud Socratem lib. 1. cap. 9. pag. 3 2. & Gelasium Cyzicenum lib. 2. de actis Concilii Niczni c. 36. Confer Jac, Gretserum lib. 1. de more & jure prohibendi libros malos, cap. 6.

Patre,

4 De Sotadis carminibus dicere me memini lih.2. hujus Bibliothece cap.22. A Sotade titulum libri fui petüffe Arium, affentior Tillemontio T.6. memor. p. 217.

Patres ante Nicanos sum Ario non sensific.

Adversus cos qui recentiore ætate vel incrustare aggressi sunt Arianismum, vel Patres 'etiam AnteNicznos cum Ario sensiste contenderunt, ut Daniel Zwickerus, in Irenico irenicorum Amfterd. 1658.8. & in irenicomastige A. 1662. 8. Christophorus Sandius in Nucleo Hiltoriæ Ecclesiasticæ, sive Arianorum potius Hiejusque appendice, 1676. & 1678.4. ftoria & Apologia atqve in Anglia Gilbertus Clercke in Antenicanismo, & responsione ad Bullum, Lucasque Mellierus sive Samuel Crellius, Johannis Crellii in Socini schola celebratissimi nepos, in fide primorum Christianorum ex Barnaba, Herma & Clemente Romano demonstrata, & in antiqua fide de Divinitate CHristi asserta Lond. 1695. 1697. 8. Et in variis schediasmatibus Anglice in 4. A. 1691.1692. &c. editis : tum Pictaviensi in Provincia pridem Ecclesiastes, deinde extorris Superanius ** auctor ut ajunt libri Gallice editi le Platonisme devoilé, Amst. 1700. 8. ac denique Guilelmus Whiftonus in primitivo Christianismo, vulgato Anglice Lond. 1711.8. qvingve Voluminibus.

- Adversus hos inquam, aliosque cum his facientes, non inficiandam doctrinæ Catholicæ de CHristo æterno & oposotio cum Patre DE0 antiquitatem, Patrumque Nicænorum fidem alienam ab Arianismo, vindicarunt è nostris quidem Augustanæ Confessionis subscriptoribus:
- D. Abrabam Calovius in confessione Martyrum & aliorum fidelium ac inprimis Ecclesix Doctorum post SS. Apostolorum excessium usqve ad Concilium Nicxnum de SS. Trinitate, Witeb, 1660.4. & inter Opera B. Viri anti Sociniana Tom.2. pag.484. seq Ulm. 1684. fol.

Hermannus Conringius in Programmatibus facris, pag.102, feq. Helmftad. 1051.4.

Mel-

Digitized by GOOGLE

- Pag. 39. Appendicis, velim meminiffe Lectorem, inqvit Sandius, me hac in grasiam Arianorum & quass in persona Ariani scripsiffe, Indices ipse, quansum argumenta mea valeans.
- Mr. Sonverain, autrefois Ministre en Poitou. Memoiros de Trevoux A. 1703. p.386 edit. Amst & Mr. Bayle, dans sa reponse aux questions d'un Provincial. Tom. 1. pag. 628. leq.

Melsbior Zeidlerus in opere MS, adversus Sandium Patrem, memorato apud Chriftoph Hartknochium in Hiltoria Ecclefiarum Prufficarum p.646. qvod editurum le promisit Philippus Jacobus Hardtmannus libro de gestis Christianorum sub Apostolis p. 1 81.

D. Godfridus Olearius & waxae irns in diff. de Spiritus S. cum Patre & Filio adoratione & glorificatione, contra Gvilelmum Whiftonum, Lipf. 1711. 4.

Urbanus Godfridus Siberus in schediasmate cui titulus : Martyres Divinitatis CHriftitestes. Lipliæ 1714. 4.

Ex Romanz Ecclesiz sociis Rob. Bellarminus lib. 1. de CHristo, capite 10. Jodocus Coccius thefauri Catholici T.1. pag. 39. fq. 64. feq.

Dionyfius Petavius S. I. præfat. ad Tomum II. dogmatum Theol. atgy in Tomo illo iplo, qvi eft de SS. Trinitate Parif. 1644 fol. nec non libro XVI. de incarnatione Verbi cap.2. Parif. 1650.

Josephus Saenz Cardinalis de Agvirre in prolegomenis ad Tom. 2. Operum Anselmi Cantuariensis, Rom. 1688. fol.-

Natalis Alexander, in selectis Historiæ Ecclesiasticæ capitibus Seculo III parte 2. pag. 335. leq. edit. in fol.

Petrus Daniel Huetins libro 2. Origenianor. capite/2. qvæft,2.

Ludovicus Thomassinus in dogmatibus Theol, Tomo 3, tractatu 2; qvi est de SS. Trinitate.

Ex Anglis :

Samuel Gardinerus in Hypotypoli live delineatione Catholicæ circa SS. Trinitatem fideiex scriptis Patrum ante Nicznorum desumta. Lond. 1677.8. Ejusdem Responsio ad objectiones nuclei Sandiani. Ibid. Epistola ad Sandium in hujus appendice nuclei pag. 106. & responsio valedictoria, cum appendice de Cingallo. Lond. 1681. 8.

Georgius Bullus, postea Episcopus S. Davidis A. 1705. denatus, in defensione fidei Nicznæ de æterna Divinitate Filii DEL ex scriptis SS. Patrum qvi intra tria prima Ecclesiæ Christianæ sæcula floru. erunt, inqva obiter quoque CPolitanum Symbolum de divini. tate Spiritus S. ex antiquiorum testimoniis adstruitur. Oxon. 1685.4. Amftel, 1688.4, & inter Viri doctifimi Opera, Lond, Rr

Sandius fub Hermanni Cingalli nomine edidit librum pro Arii hærefi, gvem inferiplit Scripiura S. Trinitatis revelatrix Gonda, 1677. 12,

Libri V. Pars 4.

1703

Digitized by GOOGLE

1703. fol. in qvibus etiam exstat ejusdem Judicium Veteris Ecclefiæ de necessitate credendi qvod CHristus sit DEus, contra Sim. Episcopium, qvod separatim prodierat qvoqve Amstelod. 1697. 8. Nec omittenda ejus primitiva & Apostolica traditio dogmatis in Ecclessia Catholica recepti de JBsu CHristi Servatoris nostri Divinitate asserta & evidenter demonstrata contra Zvvickerum, ejusqve nuperos in Anglia sectatores.

Danielis Whithy de vera CHristi Deitate adversus Arii & Socini hæres, Oxon, 1691. 4.

Eduard Stillingfleet capite nono libri Anglice editi cui titulus : à difcourse in vindication of the Trinity. Lond, 1697. 8. pag. 177. seqq.

Jo. Erneftus Grabe in libro Anglice post ejus obitum vulgato cui titulus: fome instances of the defetts and omiffions in Mr. Whistons cellection of testimonies from the Scriptures and the Fathers against the true Deity of the Son and the Holy Gost, and of misapplying and misinterpreting them. Lond. 1712. 8.

Exaliis Reformatis :

Jo. Amos Comenius in admonitione ad omnes Christianos de irenico irenicorum. Amstelod 1660. 8. pag. 97. seq. Idem in iterata admonitione &c.

Stephanus le Moyne in notis ad Varia sacra, Lugd. Bat. 1684. 4. pag. 137-292.

Frid. Spanbemius fil. Tom. 3. Opp. pag. 1216. feq.

Jo. Hornbeckius Tom. 1, Socinismi confutati pag. 394, leq.

Benedictus Picteeus Tom. 1. Theologiæ Christianæ, lib. 3. cap. 20. p.212. seq.

Armandus Borbonius & Scephanus Dechamps in Epistolis & notis, editis Gallice A. 1689.

VIII. PHOTINUS, de Gallo Græcia Ancyranus in patria. Diaconus, atqve inde Episcopus Sirmiensis, * qvem Scotinum. Lucifer & Athanasius appellant, *Vir* (ut de co cap. 16. Vincentius Lirinensis) & ingenii viribus valens & dostrina opibus excellens & eloquio prapotens, quippe qui utroque lermone (Græco & Latino), copiose & graviter disputaret & scriberet, instaurator scota Ebionis, Artemonis & Pauli Samosateni, (Socini anteambulo) hæresin suam non videtur prodidisse

* Sirmium, caput Illyrici.



diffe ante A. C. 341. uti ex Socratis II. 14. feq. observat Matthæus Larroqvanus in diff. de Photino, Genev. 1670. 8. Confer Benedictinorum notas ad S. Ambrofium Tom. 2. pag. 445. Igitur licet in Ario etiam Photini fectam, antequam nasceretur, damnaverit Ecclesia, tamen proprie damnatus Photinus non eft A. 325. in Concilio Nicano nec in Concilio eodem tempore habito Roma fub Silvestro, ut refertur in conficto quodam Epilogo Concilii Romani. Neque A. 336. cum Magistro suo Marcello Ancyrano in Synodo CPol. ut Sulpicii Severi, diverso gesta tempore perperam conjungentis fide, tradunt Petavius diff. de Photino, Pearfonius commentario ad Symbolum. Apostol. pag. 212. & Chifletius ad Vigilium pag. 121. Sed primum in Synodo fecunda Antiochena A. 345. ab Eufebianis. Athanaf. des Synodis & Sperates lib. 1. cap. 19. Deinde à Catholicis in Concilio Sardicenfi A.347. nifi Sardicenfem cum Sirmienfi Synodo confudere Epipban. LXXI. 1. & Sulpicius Severus II. 36. Tertio, in Synodo Mediolanensi, itidem à Catholicis A. 347. Hilarius in fragm. Liberius Papa & Episcopi Catholici in Synodo Ariminensi, & Epistola Valentis & Urfacii ad Julium. Pontificem Rom. Qvarto A. 349. in Synodo Sirmiensi depositus ab Episcopis Catholicis Occidentalibus, licet ob existimationem favoremqve populi removeri non potuit. Idem Hilarius in fragm. Qvinto in altera Synodo Sirmiensi A. 351. iterum depositus ab Orientalibus Episcopis, atque à Basilio Ancyrano convictus & relegatus eft. Hilarius, Epiphan Sozomenus IV. 6, Socrates 11, 30, &c. Sexto in Concilio Mediolanensi A 355. Denique interalios hæreticos in multis posterioribus Synodis, ut Romana sub Damaso, CPolitana I. Oecumenica aliisqve.

Hæcut verifimillima paucis annotare volui ex prolixiroibus de Photino diatribis Petavii, * Sirmondi, Larroqvani: & ex Petri de Marca acD, Dorfchei nostri deConcilioSirmiensi, tum Tillemontii T.6. memor. pag. 328. feq. & B. Doctoris mei Tho. Ittigii Historia Photini, qvæ erudita illius Viri commentatio in heptade disfertationum cum Appendice diff. de hærefiarchis Apostolicæ ætatis lucem vidit Lipsiæ Rr 2 1006.

Petavius ad Epiphan pag. 307. feq. & diff. de Photino ad calcem Rationarii temp. Sirmondus in diatriba duplici Sirmitana, qvæ cum Petavii elencho ac priore diff. exflat tomo IV. Operum Sirmondi. Parif. 1696. Petri de Marca diff. de tempore Synodi Sirmiensis plenariæ, & de Valentis & Ursacii venia, ad calcem operis de concordia Sacerdotii & Imperii: Jo. Georg. Dorsheus ad Concilium Sirmiense. Argentorat. 1650, 4.

Lib. V. cap, 23.

1696. 4. Vide fis etiam qvæ de Photino Beveregius ad can. 7. Laodicen & I. CPol. Elmenhorstius pag. 148. ad Gennadium de dogmatibus Eccles. Cotelerii monumenta Ecclesiæ Græcæ Tom. 3. pag. 384. Mortuus Photinus in Galatia A. C. 376. ut testatur Hieronymus in Chronico.

Photini scripta.....

Post habitam cum Basilio Ancyrano differtationem, tum Græco tum Latino sermone scripta in exilio vulgavit, qvibus excepta opinione sua reliquas omnes falsas conabatur ostendere. Λόγες τε τη 'Ρωμαίων και Έλληνών Φωνή συγγεά Φων έξεδιδα, δι ών έπειρατ πλην της άυτα τας των άλλων δόξας ψευδείς αποφαίνειν. Sozomenus IV 6. Hoc fuit opus adversus omnes bareses, utraqve Lingua à Photino editum, de qvo Socrates II. 31. ἐν Φυγή τε διάγων τα λοιπ α λόγον συνέγεα ψευ άμθοτέραις γλώσταις; έπει μηδε τής 'Ρωμαίκής ήν άμοιρω. Έγεα Φε δε κατά πασών αιρέσεων, το δικών μόνον δόγμα παραίωθεω.

S. Hieronymus cap. 107. de Scriptor. Eccles. Photinus à Valensiniane Principe pulsus Ecclesia, plura scripsie Volumina, in quibus vel pracipua * sune contra Gentes, O ad Valentinianum libri.

Rufinus commentario in Symbolum : Comperi nonnullos illustrium tratsatorum aligua de bis pie & breviter edidisse : Photinum vero bareticum scio eatenus conscripsisse , non ut rationem dictorum audientibus explanaret, sed ut simpliciter ac fideliter dicta ad argumentum sui dogmatis traberet.

Photinum confutarunt è Græcis Diodorus Tarlensis libris IV. teste Theodorito lib. 2. de hæret. fab. c 11. è Latinis Audentius Hispanus in libro de fide adversus omnes bareticos. Gennad. cap 14. de S. E. nec non Auctor quæssionum V. & N. T. qvi exstat inter Augustini Opera & Photino adhuc superstite videtur scripsifie.

Alii Photini.

Photinus Lugdunenfis Episcopus, qvem celebrant Lugdunenses in notissima apud Eusebium Epistola lib. V. & Martyrologia 2. Junii. Pho-

MS. Gvelpherbyt, notante Clariff, S. E. Cypriano : in quibus libri pracipui funs contra Genses,



Photinus Martyr Nicomedienlis lub Diocletiano, 12. August. Photinus CPol. Presbyter, clarus imperante Mauritio circa extremum

fæculi VI & auctor Vitæ Johannis Jejunatoris, ex qva fragmentum in Synodo Nicæna II. actione 4. Tom. 3. edit. Binianæ pag. 570.

IX. AETIUS Antiochenus a) relicta cultura vinea artem fabrilem in zre auroque exercuit, inde famulus medici (Sopolidís b) atque ab Armenio quodam pecuniis largius suppeditatis iple artem professius Medicam, & lingva factiofus atque Aristotelis imbutus dialectica, exortæ Arii hærefi non modo affenfit, fed etiam. ulterius ex Arii principiis provehere, & cum discipulo Eunomio Anomœorum fectæ princeps effe inftituit, per Theophilum Blemmyn & Leontium Antiochiz Episcopum Gallo Czsari, gvem facris literisctiam instituit, c) commendatus, & amicus Georgii Tarbasthenitæ, Ariani, ovi post ejectum S. Athanasium Ecclesiæ Alexandrinz przfuit, d) Ab eo Diaconatum gyogye fuscepit, e) gyem Leontius Antiochiz obtulerat, ubi hzrefin fuam primum spargere cœpit * sub Constantio, à quo miffus in exilium, sed à Juliano revocatus, cujus ad Actium literæ exftant Sozomeno V.c 5. etiam memoratæ, & fingularis gratiz ac beneficiorum documenta. Cum Epistolam illam ad Actium Julianus scriberet, jam Episcopus f) ordinatus ille erat in Synodo CPolitana A. C. 361. Postea A. 365. in discrimen capitis venit, apud Procopium tyrannum delatus qvod Valentifaveret, fed amici intercessione dimissus CPolin se contulit, ibique non diu post obiit præsente discipulo Eunomio. g) Propter hæreseos proter-Rr a

A) Socrates II. 35. Svidas in A'éti. O. Nicetas V. 30 the fauri &c. Fallitur Damafee. nus qui Actium Cilicem vocat hærefi 76 & Vollius de Philolophia pag. 303. qui ex Apamea Melopotaniæ oriundum facit.

- b) Philoftorg. 111, 15. Niceph. 1X, 17. c) Philoftorg. 111, 17.
- e) Epiphan. LXXVI. 1. confer Tillemont Tom. 6. memor. pag 409. feq.
- Sazom, IV. 12. Julian Epift, 31. f) Philoftorg, VII, d. Epiphanius Tom. 1. p. 992.

g) Philoflorg, IX. c. Alios Aztii difcipulos Demophilum, & Hypatium memorat Epiphanius Tom, 1, pag. 826,

vam disseminationem abis cognomen Aëtio tribuitur ab Athanasio h) Socrate, Sozomeno, Svida, aliisque.

Ejus scripta, trecenta xeQalaca sive capita de side, è quibus Opusculum septem & quadraginta capitulis constans exhibet ac refellit S. Epiphänius hæresi LXXVI. 10, seq Idque ipsum est opusculum $\pi \epsilon_{e}$ i yeuur $\tilde{s} \otimes \epsilon \tilde{s}$ noi a yeuun te quod à Chronitis hoc est à Catholicis Christianis corruptum esse quod à Chronitis hoc est à Catholicis Christianis corruptum esse quod à plum procemium i) etiam exstat apud Athanasiam dialogo 2. de Trinitate, Tom. 2, pag. 192. ubi illud consuta , opusculi ipsus etiam argumenta deinceps exhibens & refellens

De Epifelis Actii Socrates II. 35. Ἐπιςολάς τε συνετάττυε πεgs τον βασιλέα Κωνς άνλον και περς έτέρες λιας έρεχελίας συμπλέμων και σοΦίςματα μελετών. Epiftolarum ad Conftantium mentio etiam. apud Svidam in Action. Ex una illarum videtur elle qværefert Epiphanius LXXVL 3. pag. 916. S Balilius de Spiritu S. cap. 2, έτι γάρ k αυτοίς παλαιον σόΦιςμα, ὑπο Actie τῦ προς άτε τῆς αἰρέσεως τάυτης έξευρεθεν, ὸς ἐγεμθέ πε τῶν ἑαυτῦ Ἐπιςολῶν λέγων. Τὰ ἀνομοιω κατὰ την Φύσιν ἀνομοίως προΦέρεωση. Και ἀνάπαλιν, τὰ ἀνομοίως προΦεεόμενα ἀνόμοια ἐναγ κατὰ την Φύσιν.

Alii Aëtii.

Janus Cornarius dubitat idemne cum hæretico fit Actius auctor operis Medici, qvod Græce habemus, atqve idem Cornarius Latine vertit. Plane etiam cum illo confunditur ab Hendreichio in pandectis Brandenburg. & tamen traditur claruisse A. 437. atqve in Bibliotheca Medica Lindenio Merckliniana novo errore dicitur discipulus Eunomii, cum Actius hæreticus, fuerit Eunomii Magister. Sed rectius utiq; distinguit Gesnerus in Bibl, opusq; illud iatricum Actio Medico juniori & ab hæretico illo longe diverso tribuunt Marssilius Cagnatus * lib. IV. Variar. Observatt. c, 17. Lambecius VI. p. 103. deBibl, Vin-

b) Balthafar Germon de veteribus hæreticis Ecclefiafticorum Codicum coruptoribus pag. 373. per Chronitas putat ab Aétio intelligi Eudoxium, Menophilum aliosque

 - à quibus perfecutiouem paffus fuerat Arianos. Sed aliud vifum S. Athanalio dialogo 1 de Trinitate Toin. 2 pag. 193. ubi Aètium ita'alloqvitut: τίνας δε λέγεις χιονίτας; τές άπο τῶν άγίων Αποςόλων μέχρι κοù σήμεςον αίνεντας Πατέςα κοù Υιόν κοù άγιον Πνευμα.,

i) Fallitur Clariff, Caveus, qvi illud habet pro Aetii Epistola ad Eunomium scripta.

* In Lampade artium Gruteriana Tom. 3. pag.646. leg.



AMIDENUS, MEDICUS.

Vindob. Vossius lib.de Philosophia cap, 12. §. 30. HermannusConringius introduct. ad Artem Medicam §.19. qvi refert ad fæculum qvintum, & Jo, Jonfius lib. IV. de scriptoribus Hift, Philosophica pag 319. qvi Justiniani ætate hunc celebrem fuisse affirmat. Fallitur gvogve Tiraqvellus qvi lib. de Nobilitate pag. 232. notat Eunapium Aëtii Medici qvi sub Constantino Magno Medicorum ante se dicta conjunxerit, vitam descripsisse, nam Oribasii ex qvo multa hausit Actius, non Actii cujus ne verbo meminit, vitam Eunapius scri-Cæterum juniores Oribafio scriptores pauci ab Aetio lauplit. dantur, neque mihi constat quo argumento ad Justiniani atatem. illum Jonfius detrudat, nisi ut suspicor quod apud Cagnatum legit, dignitatem Comitis of www * qvæ scriptori huic in mañu exaratis qvibusdam libris tribuitur, apud idoneos auctores vix ante ætatem Justiniani reperiri, uti post illam reperitur sæpe, apud Theophanem, & in historia Milcella. At ex eo ipfo qvod Oribafii fcripta laudat, non Constantino Magno modo, sed etiam Aetio hæretico se prodit juniorem, nam ille Medicinam qvidem fecit & ipfe, sed ante Juliani. imperium : sub qvo, vel post qvod, Oribasius scripsit. Præterea fatis diftinguitur ab eo præclari operis Medici auctor, qvod illud veterum nemo tribuit hæretico, ubi de illo fermo eft. At hic fcriptor in qvibusdam Codicibus MSS. Cornario & Cangio tefte diferte vocatur Acti @ Audnves, Kouns TE ofixis, cum hæreticum Syrum patria & Antiochenum omnes, nemo Mesopotamium, nemo Amidenum, 7 nemo Opficii Comitem appellet. Christianum se perspicue testatur tetrabiblo 2. lib. 4. cap. 50. sed non minus superstitiolum quam Christianum. Nam ad educendam si quis incautus hauserit spinam, svadet apprehenso ægrigutture dicere : Blasius Mareyr & ferons Chrifti dicit , ant ascende aut descende. Præceptorem նսսm

* Ampliffimum fuit Θέμα ἐψικίκ five Afia provincia cui præfidii loco imponebatur Legio ob/equii h. e. militum qvi Imperatorem ordinis tuendi & honoris caufa præihant. Huic Θέματι & Legioni 'Οψικίκ Comes præfuit, de qvo confulendus Conftantinus Porphyrogenitus libro 1. de thematibus pag. 9. qvi docet illud à mari & finu Aflaceno & à promontorio Dafcilio ad Tritonem usqve & montes Sigrianæ atqve Prœconefum ad ipfam qvoqve Abydum, Cyzicum & Parium fe porrexiffe. Vide & Cangium in gloffario utròqve, Vulcanium ad Conftantinum p 63. Acta Sanctor. Tom. 1. Junii pag. 760. & Montfauçoni Diarium Italicum p 78.

devdenum pro Amideno Iuspicatur Cagnatus, sed contra fidem MSS & Photii Cod, 221,

Digitized by GOOG

AETII MEDICI Lib.V. cap. 23.

suum nomine præterito, laudat tetrabibl. 1. hb.2. cap. 175. sed illum, Lucium vocat tetrab. 4. lib. 3. pag. 701. cum Aëtii hæretici Magister à quo Medicinam didicit, dictus sit Sopolis, ut supra notare me memini. Alexandriæ se versatum & oleum nardinum & salcæ ibi se parasse innuit aliquot locis libri primi p. 22. 23. 63. unde in. illa urbe, qvæ claris Medicorum nominibus celebratisfima fuit, studiorum gratia vixisse colligit Conringius lib. 1. de Hermetica Medicina cap.9. Ex Coele Syria prope Hierichuntem fe gagatem attulisse scribit pag. 68. Divisio librorum est ab ipso auctore, nonautem horum in tetrabiblos digestio, quam Photius Cod. 221. Bibl. Imorat, librorum sedecim argumenta referens. Ovisovis est illius auctor divisionis (nam in MS, Codice reperisse fe eans Cornarius testatur) secutus est exemplum Thrasylli, qvi scripta Platonis fic per tetralogias, ut Porphyrius Plotini differtationes enneadibus distinxit. Actius iple suos libros laudans semper librorum numeros memorat, quintum, octavum, decimum tertium, decimum quartum, quintum decimum nusqvam tetrabiblorum facit mentionem.

Aetii Medici editiones.

Operis titulus apud Photium eft: BiBriov interniv in royous 15'. Opus Medicum, libris XVI. Pro quo Cornarius inscripsit Medicinam e veteribus contrattam, non male, quod ad pharmacorum inprimis tum simplicium tum compositorum notitiam & rationem univerfum medendi attinet, nam cæteras artis salutaris partes minus atti-Crede mibi, inqvit Cornarius, quisquis es rerum Medicarum studigit. ofe, fi totum Galenum contractum, fi totum Oribasium explitatum, fi Paulum (Æginetam) ampliatum, si omnes veterum speciales, tum per pharmaca, tum per chirurgiam aggressiones ad omnes affectiones in summa habere voles, Actium babes, unde totum boc petere ac ferre potes. Singulorum librorum argumenta uberius Photius, brevius Gelnerus in Bibliotheca. In Codice MS. Casareo hac nota pramittitur : cr perlegvitur. μέν τῶ πρώτω και δευτέρω λόγω σύνο ψίς έςι τῶ περλ τῶν ἀπλῶν Φαρμάκων Γαληνε, και τε παρί τροφών δυνάμεων. Deinde: σύνοψις τών . τριών βιβλίων 'Οριβασίε, λέγω δη των προς 'Ιελιανών, και των προς Έυ-5αθιου, καὶ τῶν πρὸς Ἐυνάπιον. Καὶ τῶν Θεραπευτικῶν βιβλίων Γαληνέ και Αρχεγένες και Ρέφε, και ετέρων τινών δοχαίων επισήμων.

Grace



Grace tantum priores octo libri hactenus viderunt lucem, ex Afulani & Aldi officina Venet. 1534. fol. Cæteri octo polteriores, MSS. fuere in Bibl. Renati Moreau, tefte Labbeo pag. 212. Bibl. novæ MStor. atque in variis Bibliothecis supersunt, ut in Cæsarea, tefte Lambecio VI. pag. 102.

Latine Janus Cornarius primum edidit libros sex ab astave msque ad decimum tertium, solorum illorum Codicem Græcum MS. nactus. Nonnulla perperam expressa castigat Cornarius ipse in commentariis suis ad Galeni libros de medicamentis uara tómus.

Hinc Jo. Baptift a Montanus Medicus Veronenfis primos feptem, nec minus tres posteriores ex sua versione addidit, atque ita universos XVI. junctim vulgavit Bassil. 1535. fol. apud Froben.

Deinde Janus Cornarius totum opus de integro vertit Francofurti ubi tunc medicum agebat A. 1541, atqve ex sua versione ad duo exemplaria exacta & ad Galeni ac Pauli Æginetæ lectionem collata edidit Basil. 1542. fol, optans non modo à Montano idem fieri, sedetiam ab Andrea Lacuna Hispano, qvi aliqvot versionis Montani, & Cornarii loca perstrinxerat. Hunc enim Lacunam tangunt verba: Acque utinam etiam bi qui ex Hifpanis altas de montibus umbras nobis ntrisque offundunt, & in alienis libris ingeniofi funt, buc incumberent, ut fimilem, aut potiorem (qualem oftentant) operam prastarent : plenis buccis fludium bominum collandarem. Jam quod illos facere juvat, nemini prodesse. video, Etrevera in quatuor versibus, si quando aliquid è suo exemplari velut potiore citat ille, plures errores in convertendo admittit, quam integro sermones prioris editionis inveniuntur. Deinde levissima quaque & nullius_momenti notat : verum ubi nodus aliquis incidit, ibi transilit uelut angue conspecto, & nibil ble fecat Tenedia ipfius bipennis. Sed bue progredi nolebam : boe volebam expetendum mibi videri ut C ex Hilpanis Latina Actii translatio extaret, que sic fudiosi Medici vel auttam vel decurtatam aut etiam corruptam lettionem_ diversorum Gracorum exemplarium cognoscerent. * Recula Cornarii interpretatio est Basil. 1549. fol. atqve inter Medicos Principes Henrici Stephani, Genev, 1567. fol. Extant & editiones duz Lugdunenses A. 1549.

Prodiit deinde Lacunz Epistola Apologetica ad Cornarium, Lugd, 1554, 8, 9va Plures ejus in interpretatione admissa hallucinationes exagitat,

Libri V, Pars 4.

A. 1549. fol. & 1560. 12. in quibus ad duos primores libros de simplicibus medicamentis accessere schere schere schere Solerie Sanionensis. Conferendus quoque ad illos duos libros, Simeonis Sethi opusculum πεελ τροφῶν δυνάμεων, de quo infra, lib. VI. Excerpta ex Actio leguntur in Collectionibus scriptorum de balneis & de febribus Venet. 1553. fol. 1576. fol. Jo. Brodeinotz in octo priores Actii libros fuere MSS. in Bibliotheca Isaci Vossii.

Index scriptorum ab Aëtio Medico laudatorum.

compositus à me ad paginas editionis Latina H. Stephani.

Cholius, pag 413.

Acro Agrigentinus 223.

Adamantius Sophista, 1 50. 381. 384. 743.

Adrianum vinum. 505.802. collyrium ab Adriano repertum, infra, in testamentum. Adriani antidotus. 660.

Æsculapius pastillus 714. 724.

Afri collyrium 359 infra, Marcianus. Afrum emplaftrum, Heræ 751. Agathinus, infra, in Archigene.

Aglaidus 343.

Alexandro Regi inscriptum collyrium. 317.

Ambrofia ungventum 596. 683.

Amazonum pastillus. 446. 447.

Ammonius chirurgus. 718.

Amythaon. 415. 527.793.

Anastasii antidotus podagrica 609. b.

Andreas Comes 275. 453. 517. 538. 610. b. 684.

Andromachus 343. 385. 386. 394. 402. 407. 417. 424. 431. 446. 503. 508. 516. 548.556. 571. 617. a. b. 622. 623. 640. 648. 684. 685. 686. 708. 725. 727.752. 769. 770.

de ejustheriaca 648. feq. ex Galeno. hecatontodrachmon. 747. Andron. 234. 287. 294. 392. 398. 493. 505. 600. 668. 714. 715. 723. 725. 728.809.

Anicetum, emplastri nomen 701. ut antidotus acharistos pro qua gratia digna referri nulla potest, 660. pampathes. 764.

Anchus 612, 609. b.

Antiochus. 137. Antipater 293. 056.

Antoninus, collyrii nomen. 303. 346.

Antyllus. * 118, 120, 121, 122, 139, 330, 501.

Aphrodas. 217.

Aphrodite, pharmacinomen. 604.

Apolloniades. 403.

Apollonius Medicus. 286. 293. 294. 298. 308. 309. 312. 343. 357.

387. 536.

Demosthene ophthalmico junior. 354.

Memphites. 289.307.

Apollophanium emplastrum. 562.

Arabica compositio. 838.

Archelaus. 678.

Archigenes, 154, 156, 159, 215, 244, 247, 252, 253, 255, 263, 264, 208, 209, 271, 272, 277, 291, 294, 295, 296, 326, 332, 308, 373, 385, 386, 388, 397, 398, 400, 401, 402, 415, 416, 421, 425, 432, 440, 468, 476, 477, 481, 485, 487, 494, 498, 504, 515, 516, 534, 536, 538, 539, 540, 544, 547, 548, 549, 551, 552, 555, 558, 565, 566, 567, 570, 571, 573, 579, 583, 584, 585, 613, b.663, 666, 671, 679, 680, 705, 753, 774, 800, 802, 809, 825, 827, 829, 831, 836, Epiftola ad Maríum de atra bile, 136, 267,

Præceptorem suum Agathinum ex vigiliis delirantem sanavit capite ejus multo calido oleo irrigato. 156.

ex libris Archigenis 572. 827.

Aretæus. 400. 547. & 685. (ubi Aretæ exculum.) Ariobarzanium emplastrum. 703. 704. Azanitæ emplastrum 826.

Aristarchi antidotus. 427. Aristarchus Tarsensis Asclepiade antiquior. 715.

Aristodemus, 647.

Afclepiades 215. 217. 256. 277. 293. 339. 351. 354. 379. 386. 390. 392. 394. 398. 403. 407. 411. 416. 424. 434. 447. 448. 449. 450. 469. 477. 502. 505. 519. 522. 524. 525. 526. 527. 528. 537. 538. 540. 541. 552. 556. 568. 571. 572. 584. 585. 586. 598. 607. 608. 609. 612. 613. 614. b. 619. 620.623. 685. 706. 715. 716. 726. 753. 754. 756. 775. 795. 799. 830.

Ss 2

Antylli nomen pro Antalo reponendum in Bibl. Coisliniana pag. 198.



exlibris Afclepiadz 543. Afpalia 784. 786. 791. 796. 803. 812. 819. 830. 833. 834. 835. After collyrium. 294.689. Asterius 361. Athanafia, antidotus ab Ægyptiis inventa. 659. emplastri nomen 762. Athena, emplastri nomen. 613. b.809. Barbarum emplastrum. 668. 692, 720. 751, Basilicum 722, 772. Ballus 344. 612. Berenice 230.616.b.663. Blasius Martyr & servus CHristi, 404. Bolas. 343. Capito 332. Caltini ungventum. 611. Charixenus. 406. Cissophontis malagma. 41 s. Cleonis collyrium 294. 306. 353. 689. Cleo ille Demosthene ophthalmico antiqvior, ibid, Cleopatra Regina, 278. 367. 656. ubi male, Cleopater exculum. Constantinifapo. 275.673. Corax, pharmaci nomen. 60c. 668.714. figillum coracinum. 715. Crito 108. 277. 365. 369. 370. 373, 667. 672, 680. 766, Herodoto Medico junior. 754. Cyphi, masnaphi, nomina compolitionum, 662.663. Pattillus xupraxés. 714. Cyrilli Archiepilcopi polca 464. Alexandrinum intelligi non dubito, Cyrilli epithema. 508. Damocrates 753. 750. 765. Ejus collyrium 76. 287. Democratis theriaca. 661. Danaus Medicus CPol. 340. Democrates. Vide Damocrates, Demosthenes (Medicus Ophthalmicus) 305. 306, 321. 323. 330. 331.333.339.342.353.354.355.357.719.754. Diagoræ collyrium. 3 53. Didymus, 256. Diogenes, 135. Dionis collyrium. 309. Dionylio prætori apparatum eclegma, 411. Dio-

Dionyfius, collyrii nomen 319.354. & Medici 723. Dionyfias, emplastrum ex mily. 291. 702. 703. 704. 760. 770. 799. Dioscorides. 84. 217. 23 1. 256. 339. 365. 416. 015. Doari Episcopi antidotus podagrica. 609. b. Dositheus. 424. Epigonus. 234. 569. 668. 747. Eras, infra, Heras, Eralistratus. 269, 305. 307. 343. Esdræ antidotus 382. 384. 386. 431. 488. 548. Prophetæ doctoris 657. ubi illa describitur. Fauftinus pastillus. 104. 105. 687.713. Collyrium qvo usus est Florus in Drus matre. 353. Galenus, 64. 76. 78. 79. 80. 81. 84. 119, 121. 122. 136. 150. 154. 155. 157. 162. 163. 177. 178. 179. 211. 237. 238. 240. 250. 251. 255. 256.258.261.263.271.272.273.276.295.309.316.321.340. 342. 345. 349. 369. 372. 384. 385. 389. 391. 392. 393. 394. 399. 409.418.420.423.429.436.444.445. 451. 455. 458.459. 461. 464.470.475.477.478.483.513.515.517.523530.565.568.573. 174.576.581.600. 603.604.605.613.625.648.651.652.653. 655.677. (ubi hieræ Galeni mentio) 683. 688.694. 695. 698.699. 702, 705. 706. 707. 711. 712, 720, 723. 726, 747. 749, 750. 761. 763.773.782.809. Galli antidotus 659. Gallicus fapo. 673. Harmonia, emplastri nomen. 718. 750. 809. Helenes ungventum, 586.759. Helladicum malagma. 747. Hephæftias, emplastri nomen. 139.723. Heraclides Tarantinus. 297.687. Heras Medicus. 394. 105. 537. 541. 571. 585. 706. 715. 753. 756. Cappadox. 538, 613. 751, 770. 776. Herz tomi, 303. Hercules, emplastri nomen. 722, fic Achilles. 756, Hermolaus, collyrii nomen. 303. 347. Hermolaus parvus & magnus. 347. Hermon facerdos.' 747. Hermophili collyrium. 358, fortaffe Herophili, Hermus. 399. Heto-

Digitized by GOO

Ss: 3

Herodotus Medicus. 177. 230. 234. 236. 438. 490. 543. 544. Herophilus libro de oculis. 321. Hippocrates. 46. 10. 118. 123. 124. 127. 138. 167. 174. 181. 191. 193. 195. 202. 223. 232. 240. 296. 573. 686. 782. 786. 787. 807. 831. Ejus Aphorismi. 301. 203. 304. 686. Prognostica. 189. de septenario liber. 213. Hippone, pharmaci nomen, 607. ungventi 596. Hori collyrium. 314. enneapharmacum Hori Mendelii. 772. Hygieni collyrium. 359. Jacobi plychriftæ ceratum, 608. Jamblichi fales, 403. Icelii emplastrum 296.570.753.809. Indi presbyteri pharmacum adveríus calculum. 554. Ilidori Memphitz collyrium. 358. Ilis, compositionis nomen 569. 604. emplastri 668. 687. 701. 705. 720.747. Judzi emplastrum 762. præparandum cum verbis: DEus Abrabama DENS lfaac & DEns Jacob buic pharmaco vires largiatur. ibid. Julianus Diaconus Actii æqvalis. 555. Justus 137. 252. 253. 555. (ubi Justinus pro Justo.) Leonides. 241. 397. 686. 687. 688. 689. 691. 692. 736. 741. 743. 799. 800. 802. Logadius. 135. Lucius five Lycus 604, 685, præceptor Aetii. 762. Machærion, 528.603.604.720.748.751. Magistrianus. 674. 680. 722. 799. Magnus Medicus. 754. Magus, emplastri nomen. 539. 723. Majorianus, 610. Marcellus Medicus. 254-Marcellius pastillus. 506. Marci Imp. theriaca. 660. Marcianus 358. 402. 467. 502. 503. 507. 523. MedicusAfer. 554. fales theriaci ex librisMarciani, cum qvibus confentit Galenus 653. Marciaton ungventum, 610. Menas chirurgus 517. Me-Menecles, 332.



Menecrates. 770. Menelbus. 647. Mithridatis panacea. 408. 431. 617. b. 612. 653. 801. ejus descriptio ex Antipatro & Cleopatra. 656, leq. Mnalez epithema. 508. 694. 701. 767. 822. Mono inscriptum collyrium. 118. Moschionis emplastrum. 755. Antonius Mula. 402. 406. 715. 166. 234. 287, 294. 392. 398. 569. 600. 608.721.728.733.809. Mysterium, medicamenti nomen. 618. Neceplo Ægyptius. I 1. 67. 70. 71. 770. ejus esía. 748. Nicolai, palmulz (a Nicolao Damasceno) 826. Nicostrati antidotus colica 478. Nili collyrium. 166. 307. 308. 353. 365. epithema, 454. 455. Nilammon, collyrii nomen. 251. Numius 621. Nymphodoti pastillus 504. 505.506. in lapidem Judaicum Tyxórigov. Salve pelagus Arabiz, malorum medelam proferens. 67. leq. Orchesta acopon medicamentum. 587. 610. Oribalius 1 32, 133.134. 135. 138. 215. 278. 293. 294. 342. 348. 351. 352. 353. 354. 356. 359. 360. 370. 371. 379. 406. 433. 453. 469. 481.488-503.518. 519. 536. 540. 542. 552. 553. 554. 555.556. 557. 564. 571. 578. 607. 611. 660. 001. 666. 674. 675. 676. 680. 683.087.689.691.695.701.703.704.711.713.714.718.719. 723.726.727.729.731.732.732.733.754.756.757.766.767. 768. 769.771. 771. 773. 774. 775. 827. 838. Orpheus. 25. 29. Paccius, 354 Palladii Magiftriani in Alexandria, mentio 284. Pamphili Episcopi suffimigium. 841. Pamphilus Medicus Roma. 375. Panacea trium fratrum, 753. hygia, Ibid. Panalethes emplastrum. 751. Pafion. 294. 715. 720. 724. 726. 747. 762. 809. Paulina antidotus. 427. Pelagia patricia. 368. Persarum emplastrum è lapidibus, 764. Petrus

347

JOOQL

Petrus a	rchiater, 357.
Pherecy	rdes. 647.
Philade	lphus, pastillus ad dysenterias & sangvinis cruptionem 505.
	ius, 133, 134, 218, 290, 293, 352, 353, 355, 356, 357, 402.417.
	3.513. (Asclepiade junior. 519.) 525.528.537.549.551.552.
553	. 554. 555. 556. 575. 592. 593. 594. 595. 599. 600. 606. 607.
	9. 6. 646. 660. 718. 745. 765. 815.
Philippi	i pastillus. 503.
Philipp	us Sophista, obedientes sibi immortales fore promisit 186. (ex Ileni lib. VI. de tuenda sanitate.)
	arlenfis Medicus 478. ejus antidotum 382. 478. 511. 660. ubi
de	scribitur.
	phus (Medici hoc nomen) 392.516.703.722.766.772.806.
Bhiloti	5.822,829. mus cas Melancholicum nutantem (e caput non habere, cue
PIIIOII	mus 555. Melancholicum putantem le caput non habere, cu-
Dhilon	vit plumbeo pileo impolito. 250.
PHHOX	enus Medicus. 331.744.800.
Punum	enus, 170.210.230.231.232.233.234.237.351. 397.410.
4 4	13.464.481.508 562.790.791.798.822.835.
	oris Philumeni 396.440. 508.
Piceto	r, coHyrii nomen. 319. ris pharmacum. 603. 604. emplattrum. 613. b. 701. 720. 750.
Flicato	
Difa lih	6. 770. 799. ro de animalibus, 646.
	otium Placianum. 361.
Polles	163, 758, 759, libro fecundo 758.
Dalvid	us, 294, 493, 504. (Asclepiade antiquior. 715.) 726. 809.
Polido	nius Medicus 139. 243. 244. 246. 247. 248. 254. 255. 256
	18. 260.
	tor Actii. 175. vide supra, Lucius.
Tacep	idyrë medicamentum purgatorium. 136.
Droten	s, collyrii nomen. 358.
	ium qvo ulus Ptolemæus Rex, 357. 359.
Qvint	
	num far. 498.
Rufue	76, 117, 137, 138, 152, 214, 223, 250, 252, 253, 254, 258, 259
1/41/05.	50, 368, 440, 530, 548, 559, 560, 566, 568, 571, 578, 593, 716
. 74	4. 803. Sera

Sever	io Medicus 296. ejus er ianus. 341. 342.	-	,	
Sever	us, 311. 318. 334. 337. 33	9.341.347.	480.796.	
Eju	s collyrium Theodotiu	m. 309. 314	. 317, 320, 346,	302.
	nides. 647.	-		
tofan	nus, (Archigene antiqvio	. 27/1) 394.	399.782.810.8	17. 822.825.
	der. 332. 0.64. 616. b. 628.	1.5 1.16	and a second second	13.19
	44. 168. 373. 548.	1 A A	eye here	1. 18
	mentum aurifabri, Co	livrium ave	od moriens rel	avit tamala
I	Ephefio, qvo ii qvi à med	icis relicti el	Tent, in temp Adriano Cæfar	lo sanitatem
Then	nifon. 253. 447.		- 11	
	Medicus. 127.	197		
Theo	doretus, antidoti nom	en. 661.662		
Theo	dorus Medicus. 291, 399	. 586.628. 0	594.713. 802.	
Theo	dotia collyria 360.361,	62, fupra,	in Severo.	
Theo	philus 319.			
Theo	philium collyrium, 318	356.		
Theo	pompi luttumigium. 84	0.		* ~
Theo	sebius. 507.		and the second	1.1.1
	piana ad internos absceffi		1.4	
Thra	seæ malagma, 415. empl	altrum. 420	5.	
	fyandri pastillus. 488.50			
	ocratis dentifricium. 38	8.		
	nus pessus, 826.			
Venu	is, malagmatis nomen.	47. 763.		
-	ocrates 706. 760. fœtida dicinas retulit, uthomin &c. 75.	qvædamæ es comeder	e, menles muli	ita inter me- lebres bibere
	philus, 556.			
	collyrium. 304. 360.36			
Zopy	rios antidotus, 476. Ori	basii 732.	- +	. 10
aval	Antequam de Actio	Medico dico	ere defino, juva	at annotare,
yvod	re accuratius expensa j	Tt	uenicui verba (lornarn qvæ lupra
-	I il. V Dave 4			Tupia
	Libri V. Pars 4.			

329

De

Digitized by GOOgle

fupra pag. 321. exhibui, non respicere Andream Lacunam, sed Chriftophorum Horozco sive Horoscium, qvi Basil. 1540. 4. annotationes in interpretes Aëtii Montanum & Cornarium edidit, & cujus nomen. ad alcas qvas loqvitur Cornarius, de montibus umbras manifeste alludit. Usus is est Codice Aëtii Graco Pintianeo.

Aétii Cappadocis mentio in Græca editione Pauli Æginetæ, cujus liber qvartus his verbis incipit : ἐρθῶς ὅιμωι τον Καππαδόχην Αέτιον ἐπῶν, μέκζονα τῶν νόσων χρῆνωι την τῶν βοηθημάτων, ὑπάρχειν δύναμιν, καὶ δια τῶν μὴ δύναθαι τυγχάνειν ἰάσεως τον ἐλέφαιτα. Sed Iunt hæc Aretæi verba lib. 2. de curatione morborum diuturnorum cap. ult. Itaqve& Aretæi nomen pro Aétio reponendum pulchre Iuboluit Tiraqvello lib. de nobilitate, atqve in Latina Æginetæ verfione qvam dedit Cornarius, Aretæi nomen pro Aétio legitur. De Aretæo hoc Cappadoce dixi lib. IV. cap. 3.

Ačtii cujusdam the neel deconcortae tois Pilosofoois overayayhe collectionem eorum que Philosophis placuerune, laudat Theodoritus, atque ex illa quemadmodum ex Plutarchi & Porphyrii libris ejusdem argumenti nonnulla referre se ait libro II. & IV. atque V. de curatione Græcarum affect. Hunc Actium Ethnicum fuisse ex codem Theodorito colligere licet, quoniam ejus auctuitatem ubi adversus Ethnicos scribit, illis opponit, ne videatur Philosophis injuriam facere quorum dissida & opiniones ineptas persequitur. Fuit itaque Actius iste ab hæretico pariter, Medicoque diversus, quos ambos certum est è Christianis extitisse.

Aëtium épogov Palæstinæ memorat Philostorgius III.12. Hic est Aëtius Lyddæ sive Diospolis Episcopus, qvi cum Ario fecit ut patet ex ejus Epistola apud Theodoritum lib.1. Histor. Eccles. cap. 5.

Actius præsectus CPolitanæ urbis, in Ecclesia cultro sub libello supplice occultato percussus A. C. 419. Chron. Paschalo pag. 310.

Omitto Actium $\delta\pi\sigma_5e$ árnyov sub Joanne (qvi post Honorium extinctum tyrannidem in Occidente occupavit A. C. 424.) & deinde reconciliatum Valentiniano Imp. Comitisque dignitatemasser as quater Consulis quoque: sed qui conservator licet Imperii, post magnas res gestas suspectus, ejus dem Imperatoris gladio, lacrymabile fatum clausit A. 459. De hoc satis multa Annalium scriptores.

APOLLINARIS. AERIUS.

De Actio sive Etio Archidiacono Paris, qui in Concilio Parisiensi A.C. 577. caulæ Prætextati Remenlis Archi Ep. adfuit, vide Gregorium Turonensem V.18. De Actio eunucho, gratioso apud Augustam Irenem, qvi Imperium fratri suo Leoni Clocz paraturus impedivit ne Irene Carolo Magno nuberet, annalium scriptores ad A. C. 802.

Actium Sicanium quoque ingerit Hendreichius in pandectis Brandenburgicis, excujus & aliorum, libris excerptum fit fcriptum περλ μελαγχολίας, gvod inter Galeni operalegitur Tom 4. edit. Grzcz Bafil. pag. 496. Sed non dubium est Actium illum eundem esic cum Aétio cujus libros XVI. de re Medica habemus. In titulo autem libri de atra bile qvi Galeno perperam tribuitur, legendum.: 'Ex τῶν Γαλήνε, ngi PέΦε ngi Ποσειδωνίε ngi Λετίε, non ut editum eft από Σιχαμίε τε Λετίε.

Actium denique quendam Labeonem idem Hendreichins nobis effinxit. Verum is est Accius sive Attius, de quo Scholiastes ad illud Persii Sat, I. 50. Non bic eff Ilias Atti ebria veratre: Accins Labee Iliadem Homeri verfibus fædiffime composuit.

X. Cæteri fæculo IV. Hæretici funt:

AERIUS Monachus cum Ario sentiens, & amicus Eustathii Sebasteni, à quo presbyter in minore Armenia constitutus Episcopatum ei invidere cœpit, contenditave presbyterum dignitate & ratione muneris nequicquam inferiorem effe Episcopo, ut narrat Epiphanius hæreli 74. ut omittam alia qvæ de eo Damascenus hæreli 74. Philastrius c.72. Augustinus & auctor Prædestinati cap.53. & Zonaras apud Cotelerium Tom. 3. monument, pag. 470. Apud eundem Damascenum Tom. 1. Coteler. pag. 325. pro tav ovopa coμένων Aperavar puto legendum Aeperavar. Qvod postea vidi etiam. probari Clariffimo Viro Mich. le Qvien Tom, 1. Opp. Damalceni pag.109. Scripta Aërii nulla memorata reperi. APO-

Non minus peceabat Aërius ulium Ecclesiz fua ztate improbans & Episcopos contemnens, quam ab Aerii hærefi alieni fumus nos qui illud inter Episcopos & Presby- teros diferimen ab Ecclefia induci potuiffe & inductum effe libenter agnofeimus, at Apoltolorum ætate adhuc ignoratum fuille nobis perfvædemus. Vide D. Joach. Hildebrandi difcuffionem hærefeos Aerii qvæ Proteftantibus impingitur. Helm-Itad. 1616, 4. Balthaf, Bebelium Sec. IV. Tom. 2. pag. 1134, feq.

3009le Digitized by

APOLLINARIS, Dimoeritarum, sive Apollinaristarum auctor, de cujus scriptis dixi volumine superiore, capite XVI. Nunc tantum addo, ejusdem, qvemadmodum & POLE-MONIS, ** qvi Apollinaris discipulus fuit, fragmenta qvædam exftare in Actis Concilii Lateranensis, habiti Romz contra Monothelitas A. C. 649. Tom. 2. edit. Binianæ parte 2. pag. 468. Plura_ Apollinaris fragmenta etiam ex Epistolis ad Serapionem & Dionyfium. nec non è libro ad Flavianum & alio contra Diodorum : & fragmenta Apollinaristarum VALENTINI atqve TIMOTHEI Episcopi Beryti, extant apud Leontium libro contra fraudes Apollinaristarum, T.IX. Bibl Patrum edit. Lugd. pag. 707. seq. Ubi etiam mentio AGAPINI, CATAPHRONII, DIODORI, HOMONII, JOBII, PAREGORII, URANII ex eadem De alio Apollinaris discipulo VITALI Episcopo, fchola_. † vide Epiphanium LXXVII. 20--23. qvi vehementer dolet Apollinarem errore illo abreptum', virum præstantissimum & literis apprime excultum, etiam ne assentiretur Ario, exilium. libenter passum, vid. p. 1018. Inter Apollinaris discipulos fuit etiam DIONYSIUS quidam, eumque elle qui sub Dionysii Areopagitæ nomine scripta sua supposuit, haud incredibilis suspicio est præstantissimi Stillingfleeti, de qva dixi Volumine V. cap. 1. pag. 5. ubi etiam de TIMOTHEO, itidem Apollinaris discipulo, cui Dionysius ille sua dicavit. Ab hoc Timotheo scriptam Historiam Ecclesiasticam memorat Leontius Byz. lib. 3. contra Neftorium & Eutychem p.698. fi quis in manus sumat Ecclesiasticam Historiam quam Timotheus, Apollinaris difcipulus composuit, nullum alium finem tanti laboris propositum ipsi reperiet, quam commendationem Apollinarii, quam ex co collegit quod ab ipfood ad ipfum infinita Epistole (cripte & rescripte effent.

COLLUTHUS Alexandrinus Presbyter, Arii æqvalis, &.cum ipfo aliorum hæreticorum placitorum dilfeminator, licet ejus fectam diuturnam fuiffe negat Epiphanius LXIX. 2. p.728. Qvantum ex Philastrio cap.78. & Augustino atqve auctore Prædestinati hærefi

- ** De hoc Polemone Eulogius apud Photium Cod 230. pag. 230. pag. 447. feq. & S. Maximus Tom. 2. pag. 94. & 90. ubi ejus de repériende adversus SS. Patres, & Epistolam fextam ad Timotheum Apollinaristam laudat.
- † Jac Basnage Epistola de hæreli Apollinaris pag. 51. seq. & illustriffimus Vir H. Noris de uno in S. Trinitate pallo pag. 45.

COLLUTHI DUO. HIERACAS.

refi 67. colligitur, diversum à DEO induxit principium *mousturai* malorum, atqve adeo visus suffragari Manichzo. Confer Petavium dogmat. Theol. Tom. 2. pag 36. seq. In Concilio Alex. A. 324. depositus, & ante A. 340. defunctus Colluthus fuit. Vide Tillemontium Tom. VI. pag. 231 Pro Colluthians apud Honorium male *Colicianorum* nomen legitur. Ab hoc diversus & junior Colluthus hæreticus Monophysita & Severianus, cujus fragmenta. qvædam leguntur in Actis Concilii Lateranensis A. 649. Tom. 2. Binii, parte 2. pag.468. ex ejus satisfactione pro Theodosio Alexandrino hæretico & ex rescriptis contra Themistium Agnoëtam pro eodem Theodosio.

HIER ACAS Leontopolitanus, Ægyptius, auctor Hieracitarum, lingvæ Græcæ atq; pariter patriæ Ægyptiacæ, nec non Medicæ artis & Astronomiæ atqve aliarum scientiarum peritus, ut exejus Xéyous apparere testatur Epiphanius LXVII, 1. qvi mox mentionem facit ejus ¿znynoew in libros Veteris & Novi Testamenti. Sed & prolixam ab codem $\pi \rho q \gamma \mu \alpha \tau e \alpha \omega$ five commentationem de Spiritu S. compositam esse refert pag. 711 seq. qvod ex Epiphanio repetit etiam Nicetas IV. 34. thelauri Orthodoxæ fidei. Præterea commentarios allegoricos in Hexaëmeron Grace & Ægyptiace, & Plalmos novitios five vewreenxis. Cum Epiphanius ista scriberet A. C. 375. jam obierat Hieracas major nonagenario, cum ad obitum usqve calligraphi artem exercuisset. Vide pag. 712. Vetus Testamentum non recepifie, legas apud Athanasium contra hæreses Tom. 1. pag, 1083. licet Vetere & Novo Teft. uti scribit Damascenus hæresi 67. Divinæ naturæ divisionem in Filio inducere est visus Hieracas, έδ' ώς Ἱεραπᾶς λύχνον ἀπὸ λύχνε, ἢ ὡς λαμπάδα ἐς δύο. Arius Epistola ad Alexandrum, apud Athanas, de Synodis Tom. 1. pag. 885. Epiphanium LXIX, 7 & Hilarium VI. de Trin. De Hieracitis locus infignis Joannis Carpathii Episcopi, ex MS opere de Anachoretis, productus à Cangio in appendice ad Glossarium Gracum : πλανα αυτον από της αληθές πίσεως, και άγει αυτον είς το Φρόνημα των λεγομένων Ιερακιτών, όιλινες λέγεσι, μή ανθρώπινον σώμα αναληφέναι τον Σωτησα, μήτε εγέρεσαι το ήμετερου σώμα ο περικάμεθα. Καλόμ τρες είσιν δεχαί, Θεός naj Τλη naj Kania. ' Εξ ών κατασκευάζεται, μηδε άνηνθρωπικέναι του Λόγου, και τέλκου ανηληΦθηναι άνθρωπου, μήτε μην

Tt 3

Digitized by Google

333

LUCIUS. MACEDONIUS. Lib. V. cap. 23.

σώζεθαι, το έναι ένα τῶυ πάντων ἀίλον. In errorem abripit eum à rettes fide & abducit ad lententiam Hieracitarum, qui ajunt à Salvatore non esse assum sum corpus, neque corpus nostrum quo sumus induti resurgere. Et tria esse Principia Deum, materiam & malitiam, Ex quibus consequitur nec Verbum, fattum esse bominem, neque perfettum bominem suscepts, nec salvum teneri dogma quod una sit omnium causa.

LUCIUS à déureço Açeco Nazianzeno Orat. XXIII. pag. A17. ab Arianis in Samolatenam primum, deinde in Alexandrinamfedem, Petro Athanasii successore detruso, evectus A. C. 371. de cujus truculentia in Catholicos meminit Socrates IV. 36. Epiphanius LXXIII. 38. pag. 386. & LXVIII, 10. pag. 726. seq. & uberius Petrus ipse in Epistola apud Theodoretum IV. 22. Hist. ad qvam addendænotæ Georgii Henschenii in Actis Sanctor. Maji Tom. 3. pag. 207. seq. Anno 375. adhuc sedisse constat ex Epiphanii LXVIII. 10. Postea iterum exturbatum Lucium CPolis excepit, ut narrat idem Socrates IV. 37. hinc CPoli etiam excedere coactus est una cum Demophilo A.380. Niceph,XII. 8. Exhujus Lucii sermone de Paschatepauca qvædam referputur in Actis Concilii Romani Lateranensis sub Martino I. habitæ A. C. 649. Tom.2, edit. Binianæ pag. 466.

MACEDONIUS, fed cujus nulla scripta memorari memini, Episcopus ab A. C.343. CPolitanus, A. 361. depositus & in Concilio CPolitano qvod inter Oecumenica secundum est, damnatus A.381. Hunc de Patre & Filio similia cum Catholicis sensifies seribit Ratramnus lib. 2, contra Gracos cap. 2, at enim noluit qvidem Macedonius cum Arianis creaturam affirmare, qvem Filium nuncupat S. Scriptura, tamen $\delta \mu ois \delta \sigma tov$ tantum cum Semi Arianis * etiam non $\delta \mu o \delta \sigma tov$ Patri illum esse docuit, ut ex Theodorito II. 2. Hist. & aliis veteribus scriptoribus patet. Spiritum S. vero $\kappa \tau i \beta \mu \alpha$ esse $\pi o in \mu \alpha$ haud erubuit profiteri, ut post alios plurimos tradunt Jo. Zonaras apud Cotelerium III. monument. p. 465. & Photius Epist. 1. pag. 6.

MARCELLUS Ancyranus circa A. C. 373. demum, biennio anteqvam Epiphanius adversus hæreses scriberet, obiit, Facere

* Vide Epiphanium LXXIII. 23 & 27. pag. 870. & 875 ubi Macedonium femi Arianis accenfet. Confer qvæidem de Pnevmatomachis hæreft LXXIV.

Digitized by GOOgl

334

MARCELLUS ANCYRANUS.

cere cum Sabellio, licet negaret, ** viſus atqve ideo in Synodo CPol. A. C. 336. depoſitus, ſed in Sardicenſi A. 347. reſtitutus eſt. Vide Epiphanium hæreſi LXXII. qvi ejus expoſitionem ſidei pag. 842 ſeq. & Epiſtolam de ſide qvaſe Julio Epiſcopo Romano purgare voluit, ſervavit pag. 834-836 Contra Marcellum ſcripſit non modo Acaeius Cæſareenſis ex qvo idem Epiphanius pag. 838-842. ſed & Baſllius Ancyranus teſte Hieronymo cap. 89. & Svida Baơi Aet @: tum Acaeii deceſſor Eu/ebius, de cujus qvinqve libris contra Marcellum dixi Volumine ſexto cap 4. pag. 92. ubi etiam de prolixo Marcelli opere adverſus Aſterium Sophiſtam & alios Arianos, ex qvo fragmenta apud Euſebium ſuperſunt. Gregorii Nyſſeni Epiſtola ad Sebaſtenos qvæ Apologiam de receptis in communionem Marcellianis continet, edita eſt à Laur. Alexandro Zaccagnio in collectaneis monumentorum Veterum pag. 358.

Ariifautores, principio proditæ hærefeos.

Actius Diofpolitanus Epifcopus, Actius Diofpolitanus Epifcopus, Aithalus presbyter. Ammon five Parammon Diaconus. Antonius Tarfenfis. Arius presbyter (diverfus ab Ario hærefiarcha.) Afterius Sophifta. Athanafius Anazarbenfis. Auxentius Mediolanenfis. Cajus Pannonius. Cares Presbyter. Ethales, Έθάλης, presbyter. EudoxiusGermaniciæ Epifcopus.

Eu.

Digitized by GOOGLE

De SABELLII hærefi doleo intercidisfe disfertationem qvam promisit B. Doctor meus Tho. Ittigius in appendice de hærefiarchis Apostolicæ ætatis pag 432. Duos fuisse sabellios υισπατορίας & ταυτεκσίκ propugnatores, unum Libycum five Afrum, alterum Pentapolitanum Episcopum, scribit Timotheus presbyter de receptione hæreticorum, editus à Cotelerio III monument pag.385. Sed Libycus ab illo Pentapolitano neutiquam diversus est, qvi hærefin præceptoris sui Noëti disseminare latius cœpit A. C. 257. ut notarunt Benedictini notis ad S.Ambrosium Tom. 2. pag 445. Petavius dogm. Theol. Tom.2. pag 33. seq. & Rev. Christianus Wormius in Historia Sabellianismi edita Franços, 1696. S. capite 3. Idem de Marcello Ancyrano videndus capite 5.

335

26

Liu. V. Cap. 23

Digitized by Google

Eusebius Casareensis Epilc. Eusebius Nicomediensis Episc. Eustathius Sebastenus. Euzoius Antiochenus. Gregorius Beryti Epifc. Georgius Alexandrinus atqve inde Arethulæpresbyter, ac deniqve Episcopus Laodicenus. Helladius Diaconus. Irenzus Diaconus. Iulianus Diaconus. Julius Diaconus qvi cum Ario subscripsit Bpistolæ apud Epiphan. LXIX. 7. Leontius Antiochenus. Lucius Diaconus. Macarius Diaconus. Marcus Alexandrinus. Maris Episcopus Chalcedonensis. Menas Diaconus. Menophantus Epheli Epilc. Menophilus. Narciflus Neroniadis five Irenopolis in Cilicia Epifcopus. Parammon five Ammon Diaconus. Patrophilus Scythopolitanus Episcopus. Paulinus Tyri Episcopus. Pistus presbyter Marcotis, & deinde Arianorum Episcopus Alex. Saras five Seras presbyter-ac deinde Episcopus Paretoinensi in-Libya. - Sarmatas presbyter. Secundus Episcopus Ptolemaidis Pentapolitanus. Serapion Diaconus. Sifinnius Libycus. Theodotus Laodicenus Episcopus. Theognis Nicznus Epifc. Theonas Libyæ Episcopus Marmaricensis. Valens Pannonius. Urfacius Pannonius. Zosimus Diaconus. CAPUT

ACACIUS CÆSAREENSIS.

CAPUT XXIV.

De aliis fæculi IV. Scriptoribus, hactenus indictis.

CACIUS luícus, Eulebii A.C. 339. defuncti in Episcopatu Cæsareensi successor librorumqve hæres, sed in fide mire inconstans & jam semiArianorum jam Anomæorum promachus, jam Nicæni subsignator Symboli, obiit circa A.C. 366. Vide Tillemontium Tom. VI. memoriar. Historiæ Eccles.

Hujus Acacii expositio fidei in Synodo Seleuciensi A.359. edita, cujus meminit Svidas in 'Ias Suavos, exstat apud Epiphan. LXXIII. 25. cui subscripfere.:

Apollonius Episcopus Oxyrinchi. Arabion, Adraorum, Adeatory in Arabia. Augarus Cyri Euphratefiæ. Augustus Euphratesia. Barochius Arabiæ. Bafilins Cauniorum Lydia, Charifius Azoti. Cyrion, Doliches Episcopus. Elistaus, Diocletianopolitanus. Evagrius Episcopus Mytilenes infularum, Eudoxius Episcopus. Eusebius Sebastenus in Palæstina, Eusebius Seleuciensis in Syria, Eustathius Epiphaniæ Episcopus. Eustathius Pinarorum & Didymorum, Eutychianus Patarorum in Lycia. Eutychius Eleutheropolitanus. Exercíius Geraforum. Georgius Alexandriæ. Germanus Petrarum.

Uu

Helio-

Digitized by GOOGLE

Libri V. Pars 4.

Heliodorus Sozusa Pentapolis Episcopus. Irenzus Tripolitanus in Phœnicia. Leontius Lydiz. Magnus Themiforum in Phrygia. Pancratius Pelusii. Paulus Emelenus. Petrus Hippi Palæstinæ. v Philicadus Angustadorum in Phrygia. Phæbus Polychalandæ Lydiæ. Ptolemzus Thmueos Augustonices, Pollux provinciæ secundæ Libyæ, Serapion Antipyrgi Libyæ. Seras, Zégas Parætonii Libyæ. Stephanús Ptolemaidis Libyæ. Theoctiftus Offracines. Theodolius Philadelphiz Lydiz, Uranius Tyri. Zoilus Lariffæ Syriæ.

De cæteris Acacii scriptis dixi supra in Busebio Tom.VI. hujus Bibl. pag. 31. ubi&de aliis Acaciis. Fuit eodem tempore Acacius quoque Cælareenfis Sophista Ethnicus, Libanii amicus eloquentia illum etiam superaturus, nisi juvenis obiisset, de quo Eunapius pag. 1 3). feq. & Svidas in AiBavio. Sed occasione Acacii Casareensis Episcopi juvat hoc loco syllabum CzsareensiumEpiscoporum subjicere qualem ex Actis Conciliorum V. C. Hadrianus Relandus in Palæftina sua lib.3. pag. 676. seq. exhibuit. Præmittam autem illi locum. de antiquioribus Cæfareenfibus Episcopis, qui exstat in Constitutionibus Apostolorum Clementinis lib. VII. cap. 46. Kourapeias de Tis Ilaλαιτίνης πρότερου μέν Ζακχαίο ό ποτέ τελώνης, μεθ όν Κορνήλιο, και τρίτ @ Θεό Φιλ G. Ad qvæ verba Cotelerius : Concordant in Zacchzo alia Clementi pariter ad/cripta, itemque Rufinus prafatione ad recognitiones, ac barefiographus Sirmondianus, barefi 11. & 13. In Cornelio Martyrologia, nee non Egesippus tractatu de distantiis locorum terra (ancta. Theophili autem. Episcopi, bujus aut alterius, ad quem Evangelista Lucas scripserit, mentio fit ab Ifidoro, Originum libro 6. cap.2. Verum Pfeudo Clementis Apocryphos libros ans non legit, aut potius lettos sprevit Eusebius Casariensis, alias tanta Ecclesia sua ornamenta nequaquamin Operibus suis omissurus. Epi-

338



Episcopos Czearez hos invenio in actis Conciliorum commemoratos:

- THEOPHILUM, qvi actis concilii Cæsareensis, habiti anno æræ Christianæ 198. subscripsit. Vide Eusebium Histor, Eccles. V. 23. Hieron. cap. 43. Catalog. & Stephani Baluzii novam collectionem conciliorum Parisiis editam anno hujus sæculi septimo pag. 13
- AGRICOLAUM. Hic fubscripsit concilio Ancyrano habito anno 314. Vide tomum 1. conciliorum generalium pag. 1475. At alii Agricolam hunc non agnoscunt, led seriem episcoporum à Theochisto ad Eusebium ita texunt: THEOCTISTUS, DOM-NUS, THEOTECNUS, AGAPIUS, EUSEBIUS. Confer Eusebii Histor, Ecclef. VI. 19. & VII. 14.
- EUSEBIUM, * ab amicitia martyris Pamphili dictum, virum fcriptis clariffimum. Hic fubfcripfit concilio Palæstino habito anno 318. Vide Baluzii novam collectionem conciliorum p. 23. Subscripfit & concilio Nicæno, Vide tom. II. conciliorum general, pag. 51.
- ACACIUM. Hic fucceffit Eufebio. Theophanes in Chron. 'A $\pi \epsilon$ θανεν (ΕυσέβιG.) 'Ακάκιον μαθητήν και διάδοχου το θρόνο Καισαpeias éa ras. Hieronymus Epist, ad Minervium : Acacius Calarea qua prius turris Stratonis vocabatur, paft Eufebium Pampbili epifcopus. Hic subscripsit conciliabulo Seleuciensi anno 359. (Vide Epiphanium Haref. LXXIII. pag. 874. aut Baluzii supplement. Concilior, pag, 66,) & Concilio Antiocheno anno 363. Vide Socratis Hiftor, Ecclef. 111. 25. aut com. II. concilior. pag. 828. Hujus & Euzoii ftudium in inftauranda celebri bibliotheca Cæfareenfi, gvam Pamphilus dedicaverat, laudat Hieronymus in Epift. ad Marcellam & in catal. script. Ecclesiasticorum, Laudat plus femel codicem Evangelii Matthæi, Chaldaico & Syro fermone fed Hebraicis literis conferiptum, qvi in illa Bibliotheca erat. Hinc discimus Evangelia Matthzi Hebrza qvz circumferuntur esse commentitia. Chaldaicum Syrumqve erat id qvod citat / Hieronymus, sed Hebraîcum appellat, gvod literis effet conscriptum Hebrais. Vide eum l. 111. dial. adversus Pelagianos, p. 533. Uu 2 (De

Ante Enfebium perperam foribunt Epifcopatu Cæfareenfi functum Pamphilum Martyrem, Jvo Carnotenfis & Petrus de Natalibus.

ALEXANDER

(De Acacii fucceffore Evzoio ita Epiphanius LXXIII.37, p. 885. 'E' autor yag' Eula' (G. &c: Exbocenim grege Cafarienfis Ell 2010S prodite illorum (Semiarianorum) difcipulus, qui post Acacium sedi illi prafuie, cum ante PHILUMENUS à Cyrillo Hierosolymitano in illas constitutus fuisset, ac deinde CTRILLUS senex ibidem ab Eutychio collocatus, ac demum GELASIUS ab Cyrillo Hierosol, cujus sorois erat filius, rursus esset impositus. Cum enim bi tres illis ordinati forent, O ob mutuas simultates dignitate cessifisent, postmodum EUZOIUS sedem. illam obtinit. Hieronymus de Scriptor. E. cap. 113. Euzoius apud Thespession origenis & Pampbili in membranis instaurare conatus ess. Feruntur ejus varii multiplicesque tractatus, quos nosse perfacile ess. Idem Cap. 131, Gelasius Cafarea Palastime post Euzoium Episcopus, accurati limatique fermonis, fertur guadam scribere, jed celare.)

THALASSIUM. Subscripfit concilio Constantinopolitano anno 381. Vide tom. II. concilior. pag. 956.

EULOGIUM. Subscripsit concilio Diospolitano, anno 415. Vide tom.II. concilior.pag.1532. an forte Euzoius legendum?

GLYCONEM. Subscripfit concilio Chalcedonenfi per Zozimum, anno 451. Vide tom. 1v. concilior. pag. 80. & 787.

IRENAEUM. Mentio ejus fit in actis concilio Chalcedonensi subjectis. Vide tom. 1 v. concilior. general, pag. 889.

ELIAM. Subscripfit concilio Hierosolymitano anno 536. Video tom.v. concilior. pag. 284.

JOHANNEM. In actis concilii Conftantinopolitani, anno 553. Vide novam collectionem Baluzii pag. 1497. & tom.v. concilior. pag. 192. & 416.

Alios quos dam Cælareæ Palastinæ Episcopos vide apud Sandium pag.33. appendicis ad nucleum Historiæ Ecclesiasticæ.

A LEXANDER, Alexandrinus ab A. C. 312. ad 326. Episcopus, successor Achillæ fratris, adversarius præcipuus Arii, qvem in Concilio Alexandrino A. 324. & Nicæno A. 325. damnavit post hæresin ipsus variis prins scriptis Epistolis consutatam, qvas cum responsoriisEpiscoporum in unum volumen congessit, ut ex Socrate & Sozomeno notavisuprapag. 310. Exhistexstat:

1. Episto-

r. Epistola Encyclica de depositione Arii, apud Socratem lib.1. cap. 6. Gelafium II. 3. de Actis Concilii Niczni, (ubi etiam tum apud Nicephorum VIII. 8. & in Triparfubscriptiones) * tita I. 13.

2. Ad Alexandrum CPolitanum (lunt qvi Thessalonicensem malunt) tou@ five Epistola de fide, apad Theodoritum lib. 1. Hist. cap. 4. ubi Valesius verba : προς δμώνυμον , male vertit ad gentilem [uum,

Tales fere septuaginta ad diversos Episcopos (Tois martaxi Erionomous Sozom. lib.1. c.15.) scripfiffe refert Epiphanius LXIX. 4. Nominatim ad Macarium Hierofolymitanum Eusebium Casareensem, Asclepium Gazzum, Macrinum Jamniensem, Zenonem Tyrium, Philogonum Antiochenum, Eustathium Berrhoensem.

His accedit 3. qvam è Codice 2417. Regis Christianissimi dedit Cotelerius ad Constitutt. Apostol. VIII, 28,

Depositio Arii & corum qui cum illo, Kagaspeors Apeis nay two our autos per Alexandrum Archiepiscopum. Alexandria.

υπό Αλεξάνδευ δεχιεπισκόπυ Arezavdenas.

Alexander Presbyteris & Diaconis Alexandria atque Marcota prasens prafentibus, dilettis fratribus in Domino falutem.

Licet jam subscripseritis illis que ad Arium & Arianos mifi, Adbortans eos ad negandam impietatem & ad affentiendum (ana acque Carbolica fidei, reltamque fententiam vestram oftenderitis, nec non in dogmatibus confonantiam cum Ecclefia Catbolica ; tamen quia & ad omnes ubique serrarum Comministros de Ariana secta litteras dedi, neceffarium censui, ut vos qui-

Αλέξανδρ πρες βυτέροις και δια-KOVOIG ARE Eardenas Kay Magewite Taρών παρέσιν, αγαπητοίς αδελφοίς α πυρίω χαίραν.

Ει και Φθάσαντες υπεγράψατε όις επέςειλα τοῦς περί Αρειον προτρέ-† autois apriraday μεν την πων areBenan, merativay de ti vyranver א אמשסאואא דוהל , אפן בלציצמדב במטτων δεθίω την προαίρεσιν, και την έν τοις δόγμασι συμφωνίαν της καθολικής σκκλησίας, έμως επαθή κα πρός τές άπανταχε συλατεργές ете́янла жеда тый жеда Арноч, а-Uu z vay-

In Gelalio fubscribuntur nomina 33. Presbyterorum, & Diaconorum 29. sed in nova Athanassi editione Tom. 1. pag. 401. habes nomina presbyterorum 36. & Diaconorum 44.

** Exflat & in Cælarea Bibl, telle Lambecio III, pag. 87.

t f. autres.



· Lib. V. cap. 24. dem civitatis Clericos congregarem_.

τῆς πόλεως κληρικές συμαγαγêiv, ύμᾶς δε τές ἀπὸ τἕ Μαρεώτε μεταπεμγαδαι, μάλισα ότι και άφ ύμῶν Χάρης καὶ Πισὸς πρεςβύτεροι, ὰ Σαραπίων , κ Παράμμων , και Ζώσιμ@, η Eielarai @ διάκονοι, έπηκολέθησαν τοῦς περλάρκον, χηγάπησαν συο αυτοίς καθαιρεθηνας ίνα ή τα νωῦ γραφόμενα γνῶτε, τήντε εν τέτοις συμφωνίαν έαυτων επιδάξηωθε, η τη καθαιρέση των περλ Αρκιον η των περλ Πισόν σύμημηφοι γένηστε, Πεέπο γαζό τα παι εμβ yeapopera yirworker upas, & ena-50ν ώς πας αυτέ γραφόμενα, έν τη καρδία κατέχει.

ναγχαίον ήγησάμία, ύμας μέν τές

vos vero qui de Mareota eftis arcefferem, pracipue cum ex vobis quoque Chares S Piftus Presbyteri , Serapio , Parammon, Zofimus, & Irenaus Diaconi, Arianos affectati fuerint, atque cum illis deponi voluerint; quo tum qua nune Scriptis mandata (unt cogno/catis, tume pestrum in ils consensum demonstretis, itemque Arii, Pifli, sociorumque depo-Decet enim vos litioni suffragemini. que à me scripte sunt scire, & unumquemque es quasi à se essent exarats, corde retinere.

Digitized by GOÒgle

Constantini M. Epistola scripta sub extremum A. 323. Nicomedia adAlexandrum hunc & Arium extat integra apud Eufeb.II.04-72, de vita Conft. & exparte apud Socratem I. 4. Niceph, VIII. 13. Confer D. Balthafaris Bebelii diff. ad hanc Epistolam editam Argentorati 1663. Dannhavveri falve Reformatum contra Bergium pag. 171. feq. & Tillemontium Tom.6. memor. pag.228. qvi Eulebium Nicomediensem Imperatori stylum suum commodasse in hac Epistola scribenda suspicatur. De Alexandro altero qvi S. Athanasium successorem habuit, accurate ut folet idem Tillemontius pag. 213-238. & de Alexandro CPolitano T.7, p.32. seq.

AMBROSIUS Alexandrinus, Didymi auditor, diverfus ab Ambrofio Alexandrino, celebri illo Origenis epyodiwxrn, lcri-

* Dixi de hoc in Volumine V. hujus Bibl. pag. 272. A. duobus his diversi I.) Ambrosius Mediolanenfis Epifc. de quo nota vox Theodofii Imp. apud Theodoritum V. 18. Hift. 'Auβeosiov yap διδα μόνον Έπίσκοπον αξίως καλεμενον, Unum Ambrofinm novi qui Episcopus dici mereneur. Illum A. C. 398, obiisse probat Papebrochius in diff. de anno & die mortis S. Ambrofii , qvæ exftat ante Tomum I. Act. Sanctor. Aprilis pag. XXXVIII, seq. De ejus vita ex veteribus videndus Paulinus presbyter (diversus a Nolano) Ambrosii notarius; tum Metaphrastes a Benedictinis Græce & Latine editus. E recentioribus Erafmus XXVIII epift, 3. Baronius ante edit, Ambrofii Romanam & in Annalibus, Tomo IV, Tillemontius Tom, X. memor. Parif. 1705. fcripfit teste Hieronymo cap. 126. Catalogi, adversus Apollinarem volumen multorum versuum de dogmatibus & commentarium in Job. Vide Acta Sanctor. 17. Martii Tom. 2, p. 513. feq.

1.1

Apud Clariff. Caveum calami errore post Ambrosium Didymi auditorem, Ambrosius etiam Tomitarum Episcopus memoratur, fed pro Ambrosio ibi legendum Theotimus.

AMMON five AMMONAS vel AMMONIUS inter primos * Monaches & cœnobii Nitriensis in Ægypto conditor, de quo Athanasius in vita Antonii & Epist. ad Dracontium Tom, 1. pag. 957. Palladius in Hift. Lausiaca cap.7. Rufinus in Vitis Patrum cap. 29. Socrates IV. 23. Sozomenus lib. 1. cap. 14. atqve inde Tripartita lib.1. c.11. Græci Menologio 4. Octob. Huic tribuuntur capita XIX. Paranetica five Ascetica qvæ è Græco versa Latine edidit Gerh, Voffius inter Ephræmi Syri opera Tom. 2. p.499. Exstant eadem Ammonæ capita ascetica Græce MSS, in Bibl, Cæfarea: incipiunt: Thee reautor ane Bus ayarryte. Ex Ejusdem institutionibus Asceticis capita XXII, Teorapa megyuah eiriv. Hoc idem scriptum memorat Labbeus pag 91. Bibliothecæ novæ MSS, de quatuor il. lis quorum fivel unum quis habeat nec pænitentiam agere poteft, nec DEus ejus erationem exaudit. Alius Ammon Arianus quem ab Alexandro Epifcopo Alex, ejectum Ecclesia testatur Athanasius ad solitariam vitam. agentes Tom. 1. pag. 858. Alius Episcopus Pachnemunitanus in Ægypto ab Arianis sub Constantio & deinde iterum A. 373. missis in exilium, cujus mentio apud Athanaf, in Apologia ad Conftantium & Epilt.

1701. 4. & hujus memoriis tune needum editis ufi Godfridus Hermantius in vita Ambrofii libris XII. diffincta editaque Gallice Parif. 1678. 4 & Benedictini Jac. Frichius & Nic, Nourritus ante luculentam fuam Ambrofii editionem Parif, 1686." fol. Non alienum ab inflituto meo adferibere judicium qvod de Ambrofio hoc fert Combefilius in Bibl. Concionatoria : Suspexi Ambrofii in reddendis vertendisg. Grasis (Philonis) Origenis, Eusebii, maximeque Basilii, dexteristatem, quo in genere omnium facile princeps videri possi , mihique sane multis partibus Hieronymo superior videtur, fic tota fensus exprissione style ipse suo ac puriorinitet, nee tam ex aliorum scripris in suos videtur alveos corrogare, quam à se propria fundere. 2.) Ambrofius Monachus Græcus, cujus fermonem ad virgines facras latine verlum fub Ambrofii Mediolanensis nomine edidere actorum Sanctorum curatores. Vide Baronium ad A. 328. n. 107. & Benedictinos not, ad Ambrof. Tom 2. P.478. 3.) Ambrofius Thavmaturgus qvem meei oaekwoews you misews laudat Jo. Damalcenus in parallelis p 773 Ne dicant de Ambrofio Autperto, vel de Ambrofio ad qvem Petrus Damiani fcripfitOpufc. 1. aut de Ambrolio Coriolano, vel de Ambrolio Taegio Ord, Prædicator, & de Ambrofio Camaldulenfi aliisque junioribus, * Vid Tillemont, Tom,7, memor, pag.153, feq.

ANASTASIA.

Lib.V. cap. 24.

Epift.ad Antiochen. Tom. 1. p. 705. 580. & apud Epiphan. LXXII. 11. Alius Ammon Thebaidis Episc. ad qvem exstat Epistola Canonica. Theophili Alexandrini in Pandectis Canonum Beyereg. T.2. p. 170, Idem Ammon Episcopus Elzarchiz, cujus Epistolam ad Theophilium Alex de vita & conversatione SS. Pachomii & Theodori edidit Papebrochius in ActisS. Pachomii. T, 3. Maji p.63. AliusAmmonEpifc. Hadrianopolitanus laudatus à Cyrillo Alex. libro ad Reginas Tom. V. parte 2. pag. 50.& S. Maximo ad Dionysium Areopag.cap. 7, de cœlesti Hierarch, pag. 88. Aunov & Adenaverohitys in tois need avasasews auτῶ κατά Ωειγένους λόγοις. Ejusdem Ammonis nomen excidit p. 423. ad cap, 7. de Eccles. Hierarchia, ita enim legendus ille locus : avaγνωθι Μεθοδίε τε άγιε μάρτυρ λ' Θλυμπίε Επισκόπε της Λυκίας (Anti Mareyris & Epifcopi Olympi in Lycia (hac enim omnia ad unum Methodium pertinere, acute vidit Clariff. Caveus) & Aunar @ Aderays monteus ta κατ' αυτέ ([Ωριγένες) περί ανας άσεως γραφέντα. Præter hos Ammon sive Ammonius quidam Alexandrinus scriptor Græcus quinti sæculi subinde citatur in Catenis Græcorum Patrum, Sed de hoc & aliis Ammoniis dixi lib.IV. cap.26. Incertum cujus Ammonii plures Epifolas ferri apud Chaldzos scribit Hebedjesu in Catalogon. 50.

AN ASTASIA sub Diocletiano Martyr Romana, cujus nomine Epistolæduæ * ad Chrysogonum cum hujus responsoriis exstant apud Svidam in xeuróyou@. & Nicephorum lib. XIV. sub extrem. Hujus Anastasiæ vita apud Surium 25. Dec. Alia Anastasia. Martyr Virgo, de qua apud eundem Surium ad 28. Octobr.

S. ANTONIUS Ammonis suppar, Monachorum & iple Ægyptiorum atqve Eremitarum post Paulum Thebanum Pater, abstinentis vitæ, sanctitatis & Zeli pro CHristoin mediis persecutionibus probati laude clarissimus obiit in Thebaide 17. Januar, A. C. 357ætatis

Olivierus Maillardus fermone 4. post zineres : Scorus dicit in sertin, quod quando quis offendit nos, non possimus optar e damnationem suam sine peccato mortali, nec etiam quod moriatur, nistin duobus casibus. Primo quando impedit bonum commune & servitium divinum : secundo, quando est publicus peccator, & non vult se torrigere. Et sundat se in una litera quam mandavit S. Anastasia beato Chrysgono, qua babebat virum malum, & regabat eum quod oraret ut moreretur : nec ipsa pescavit in boc, quod impediebat cam à servitio divino. Vide Menagiana Tom. 4: pag. 208.



S. ANTONIUS.

ætatis CV. Neque fcriptis neque sapientia externa neque arte quacunqve, fed fola in DEum pietate inclaruiffe Antonium fcribit Athanafins in ejus Vita pag. 121. & yap on ouyyeau warwy, soe on the egoθεν σοθίας, έδε δια τινα τέχνην, δια δε μονην θεοσεβειαν ο ΑντωνιG. εγνω. eign. Et p.95. ori un neuagne yogunara. Grace non calluiffe Antonium testatur Palladius in Lauliaca historia cap. 69. verum leprem ejus, Apostolici fensus fermonisq; Epistolas ad diversa Monasteria, ex Ægyptiaca in Græcam lingvam translatas jam olim teftatus eft Hieronymus c.88. de scriptoribus Eccles, addens præcipuam ex his effe ad Arfenoitas. Hodie septem illas Epistolas Ascencas lectu dignas & præclaras habemus Latine, è Græco versas à Valerio Sarasio : Sed in Bibliotheca gvod mireris, universæ præter primam ad fratres Ar-Patrum * fenoitas inscribuntur, male hoc qvidem, excepta secunda qvam. vere ad Arlenoitas scriptam & Hieronymi judicio cæteris prælatam. dubium haud eft. Hæc sola etiam ad Arsenotas inscribitur in antiqvioribus editionibus, ut in Microprebytico Balil. 1550, fol. & in. Orthodoxographis 1555, fol.

2. Clariff. Caveus auctor eft, in Bibliotheca Patrum haberi fub Antonii nomine fermonum libros duos, illosqve auctoris effe longerecentioris, atqve id Bafilii, Chryfoltomi, & aliorum in iis nomina deprehenfa fatis liqvido oftendere. Sed in Bibliotheca Patrum Lugd. nusqvam duos illos fermonum libros, verum unicum tantum brevem Antonii fermonem repeties, de vanitate Mundi G refurrefliones mortuorum, qvalem Latine ex veteri Codice Aldi Manutii vulgaverat Gerhardus Voffius ad calcem Gregorii Thavmaturgi pag, 128. Mogunt. 1604. 4. At enim fermonum libri duo, qvos Antonio noftro Trithemius tribuit, & qvi in Bibliothecis Patrum antiqvioribus Parif. A. 1575. Tomo I. & 1589. Tomo V. Latine leguntur, funt Antonii Monachi longe junioris, qvi ab excerpendi ftudio dictus eft Meliffa, libri duo locorum Communium de Virtutibus & Vitiis, de qvi-

XX

* Bibl. Patrum edit, Lugd. Tomo IV. (fic & in aliis editionibus Bibliothecæ Patrum Parif & Colon.) Præmittitur Symphoriani Campegii five Champerii Lugdunenfis Epiftola, cujus etiam latinam Epiftolarum verfionem effe, falfo traditur in Hendteichii pandectis Brandenburgicis. Antonii Epiftolas à Symphoriano primum editas Parif, 1515. & deinde cum Dionyfio Carthufiano ad Dionyfium Areopagitam recufas notat Rev. Jo. Godfridus Olearius in Bibliotheca feriptorum Ecclefiaflicorum pag. 64.

Libri V, Pars 4.

bus

bus dicam infra capite trigesimo, & qvorum auctorem Caveus alibi refert ad medium szculum a CHristo nato duodecimum.

3. Exbortatio ad Monachos, apud Athanasium in Antonii vitapag, 25-60. edit. primæ Hæschelianæ.

4. Regula Monachis præscripta, primo loco legitur Latine in Codice Regularum Monasticarum collecto à Benedicto Anianens Abbate (qvi A.C. 800. claruit,) edito à Luca Holstenio Rom 1663.4. & Paris. 1663.4. Ejusdem Regulæ versionem ex Arabico edidit Abraham Ecchellensis Paris. 1646. 8.

5. Epistole XX. Latine versæ ex Arabico ab Abrahamo Ecchellensi, & Cardinali Barberino dicatæ, Paris. 1641. 4. Has Antonii ingenio, divina ejus sapientia, hominis vere Secoldante dignissimas & ejus vivos characteres essentia firmat Combessifius in Bibl. Concionatoria. Aliæ illius Epistolæ, ut quas ad Constantinum M. scriptas memorat Sozomenus II 31. quemadmodum & Constantini ad Antonium de quibus Hieron. in Chron. ad A.335.&c. interciderunt

6. Sermones XX. Ad Monachos.

7. Admonitiones & dogmata varia ad Monachos.

8. Sententiarum quarundam expositio & ad interrogata varia responfiones. Hæcomnia itidem ex Arabico conversa à se, Latine vulgavit idem Ecchellens, adjuncta duplici S. Antonii vita itidem ex Arabico versa, & Borhaneddini Alzernouchi, seriptoris Arabis libello Ethico qvi Enchiridion studiosi scribitur, qvem nuper Arabice cum ejusdem Ecchellenss, & altera illustris Viri Frid. Rostgaardi versione vulgavit eruditissimus Relandus Trajecti àd Rhen, 1709. 8.

De Antonii vita ab Athanalio scripta dixilib. V. cap. 1. pag. 302. Illius lectione multos ab Ethnicismo ad dogma Christianum conversos scribit Augustinus VIII, 6. Confess. Laudant & Nazianzenus, Palladius multique alii. Illustratetiam Caspar Barthius LVII. 1. Adversar. De symbolis S. Antonii imagini appingi solitis, igne, sue, libro, baculo, tintinnabulo, Tau vesti appicto, sus differit Theophilus Raynaudus Tom. VIII. Opp. pag. 367 seq. atque Chronotaxin Antonianam, sive vitam S. Antonii, ordine annorum digeflam exhibet pag. 411-421. Accurate etiam de illo Tillemontius T. 7. memor, pag. 101, seq. & de ejus scriptis pag. 134 seq. AQVI-

AQVILIUS SEVERUS, BASILIUS ANCYR,

AOVILIUS * SEVERUS in Hilpania de genere illius Severi ad quem Lactancii duo Epistolarum scribuntur libri, composuit polumen_e quali odouropicov totius fue vite statum continens, tam prosa quam versibus, quod vocavit naraseo Qu' five merger, & fub Valentiniano Principe obiit. Hac Hieronymus cap 111. Catalogi. Sed Volumen illud Aqvilii,qvod ex Græco carmine & profario fermone miltum fuiffe innuit Hieronymus, perinde ut duos illos Lactantii, Latini scriptoris Episto arum libros desideramus. Ex Hieronymo idem repetit Pseudo Dexter. in Chronico ad A. C. 370. Aquilius Severus domo Toletanus, ex genere alterius Aquilii Severi, ad quem Lactantius nuncupavit volumen Epistolarum, boc tempore magno in pretio babetur. In alio fragmento Chronici qvod fub Dextri nomine exstat ad calcem Bibliothecæ Hispanicæ Nic. Antonii ad A. C. 372, tantum hæc leguntur verba : Aquilius Severus Toles anus florer. De familia apud Romanos celebratisfima Aqviliorum accurate Joannes Glandorpius in Onomastico p. 111. seq. & illustris Vir Philippus à Turre in monumentis veteris Antii cap.2.

BASILIUS Episcopus Ancyranus (non confundendus cum Bafilio Ancyrano presbytero, qvi tempore Juliani martyrium, fubiit, & de qvo Acta Sanctor. ad diem XXII. Martii, ac Jo. Tillemontius Tom. VII. memor. pag. 375. feq. 728. feq.) Apud Hieron, cap. 89. Catalogi multi Codices, etiam Jo. Marcianzi editio habet : Basilius Ancyranus Episcopus, areis medicina qvemadmodum & apud Freculfum & Honorium legitur, & GræcusHieronymi interpres atq; Svidas: iaregs Thu Texunu, licet hæc verba in Francofurtensi Sophronii editione sunt omissa. Qvoniam mihi infolens videbatur locutio, Epilcopus artis medicine, pro artis illius perito: atqve in Mirzi editione reperiebam, Basilius Ancyranus, Episcopus arcis Mechea, hanc potius amplexus sum lectionem, cum plures referrem Basilios, supra pag 63. præcipue cum & Caveo illam vidislem placuisse. Jam vero attentius Hieronymiverba cogitans, fateor illumarcis Mecheæ Episcopatum suspectiorem etiam mihi videri. Omitto qvod apud alios veteres de hac Basilii eniononn altum silentium. Illud tantum urgeo, apud Hieronymum necessario jungenda este verba Ancyranus Episcopus, nam Xx 2 certe

In qvibusdam Honorii Augustod. Codicibus male Achillius. Alii Acilius. Apud Freculphum Tom. 2. Chron. lib. 2. cap. 15. Acylius. (Gracis Aruma@) Apud eundem pro verbis καταξοΦήν five πeigav, monftrum habes vocabuli cintacipoiare five petram.

347

CRESCENTIUS.

Digitized by Google

certe Hieronymus scripsit diu post A. C. 336. gvo datus est Basilius Marcello Ancyrano successor. Ita arci Mecheæ nullus locus relingvitur. Cæterum Episcopos artis medicæ peritos plures habemus, (ne de Actio que supra dixi repetam,) quos referunt Andreas Tiraqvellus lib. de nobilitate pag. 262. seq. Theophilus Raynaudus Tom. VIII. Opp. pag. 569, 587. Abraham Bzovius in Nomenclatore lanctorum professione Medicorum Colon. 1623.12, Christianus Benedictus Carpzovius in diff. de Medicis ab Ecclesia pro sanctis habitis, Lipf. 1709.4. neqve tamen cum Tiraqvello * mihi facile persvalerim Basilium Ancyranum intelligi, qvando à Paulo Ægineta IV. 57. & VII. 19. Basslii medicamenta referuntur. Deniqve nec genus loqvendi adeo insolens debet videri, qvod est Hieronymo usita-Sic statim de Theodoro cap.90. Theodorus, Heraclia Thraciatum. rum Episcopus, elegantis apertique sermonis & magis Historica intelligentia, Scripta Balilii qvæ Hieronymus commemorat, perierunt utraqve, liber de Virginitate, nec minus alter adversus Marcellum Ancyranum. Qvangvam vero Semiarianos inter diu eminuit hic Basilius, ut apparet ex Epiphanii hærefing, ubi Acta Concilii Ancyrani A. 358. & Balilii professionem Fidei pag 859. exhibet : cui jungendus Athanasius de Synodis Tom. 1. pag 916. tamen Eunomianos in codem Concilio condemnavit, & Photinum confutavit in Concilio Sirmiensi A.35 1. Depolitus poltea in Concilio CPol. A. 360. & relegatus in Illyricum, una cum aliis Macedonianis Joviniano Imp. obtulit A. 363. libellum supplicem, rogans in Epileopatum luum reftitui, ut narrat Socrates III. 25. Sed repulsam tulit, Athanafio in Ancyrana sede ipsi prælato. Confer Tillemontium Tom, 6. memor. Hilt. Ecclef.

CRESCENTII (Kesoreris) & Alexandri Alexandrini scripta contraria de Paschate, quo die celebrandum esser, quibus acerrime inter se pugnaverint, memorat Epiphanius hæresi LXX. 9. p. 829.

DIADOCHUS Photices in veteri Epiro sive Illyrice Epifcopus, à Viris Clariff. Oudino & Caveo ad A. C. 450. refertur, non aliam obrationem, qvam qvod Victor Vitensis ** libros de Persecutio-

* Lib. de Nobilitate pag. 345.

** In Bibliotheca Johannea hujus Urbis Hamburgenfis exflat editio Victoris Vitenfis Parifina Anni 1569. 8. collata à Frid. Lindenbrogio cum Codice præclaro Lugdunenfi. Cæterum cum iis qvæ de hoc foriptore obfervarunt Petrus Francifcus Chis fletius in fua Victoris editione Divion 1664. 4. & Theodoricus Ruinarnis Parif. 1694. 8. conferendus Tillemontius Tom.XVI. memor. & Anonymus feriptor qvi vitam novam Victoris Gallica lingva edidit Parif. 1708. 8.

DIADOCHUS,

cutione Africana dicavit cuidam erudico à tanto Pontifice totoque laudis genere pradicando beato Diadoebo, cujus, ut aftra lucentia, extant quamplurima Catholici dogmatis monumenta distorum. Ob eandem causam Cotelerius III. monument. Ecclef, Graca p. 598. Victoris illius Historiam. suspicatur scriptam esse in veteri Epiro, non CPoli ut volebat Chifletius, nec Acacio CPol. dedicatam, qvod refellit etiam Tillemontius Tom.XVI pag. 197. atqve præf. ad Victorem Theodoricns Rui-Hic tamen non in Epiro sed in Africa illum scripsifie existinartus. mat, unde consequitur esse etiam incertum, Photicesne Episcopus Diadochus an alius potius hoc nomine Episcopus Africanus à Victore innuatur. At Marcum Diadocham, cujus homilia adversus Arianos in CodiceCæfareo pariter & Basileensi, scriptis S. Athanasii admixta legitur, ad fæculum IV. referunt viri docti, putantqve effe unum ex illis duobus Marcis Ægypti Episcopis (Philarum alter fuit, alter Zygrensis) qvi subscripterunt Epistolæ Athanasii ad Antiochenos Tom. 1. p. 5 80. & qvos ab Arianis millos in exilium qveritur Apologia pro fuga p.705. & Epist. ad solitarios pag. 858. Illa homilia incipit Dexis spectfora rov λύγου ο Θεολόγ . λέγει, camqve Lambecius III. pag 85. promifit C vulgaturum esse è Codice Casareo in supplemento quod edere in_ animo habuit Bibliothecæ Patrum, Sed primus è Codice Balileensi publicavit, Latinamqve versionem suam addidit Jo. Rudolphus Wet-Renius, ad calcem Origenisde Oratione pag 152-173. Bafil. 1694.4. Photius in Bibliotheca lua Cod. 200. Marci fed quem Monachum appellat, librorum novem a/ceticorum facit mentionem. In postremo adversus Melchisedecitas pugnasse, & proprio parenti hærefin illam impegiffe Marcum Photius annotat, ac deinde proxime Cod. 201. fubjicit Diadochi, Photices in veteri Epiro Episcopi definitiones decem - * & capita centum ascetica de spiritali persectione quæ ex Francisci Turriani verlione lucem viderunt Latine Florent. 1570.8. Antwerp. 1575. 12. Lugd, 1627. 12, ne Bibliothecas Patrum memorem : sed & Grace cum duabus Centuriis sententiarum spiritalium S. Nili, collatis cum tribus MSS. exemplaribus, & scholiis appositis, Florentiæ apud Bartholomzum Sermaterellium 1578. 8. Ejusdem Diadochi Homilia Xxz

 Ex his S. Maximus in diff cum Pyrrho Tom. 2. Opp. pag. 168. 9έλησιν το άυτεξέσιον ο μακάει@ ώείτατο Διάλοχ. ο ο Φωτικής, είναμ. Et in opulculis pag. 163. ejtisdem 1 om 2. affert locum ex lexto κοφαλαίω τῶν ἀσκητικῶν. & T. 1. p. 303. Tat Diadochum ἐν τῷ ἐκατοςῷ κεφαλαίω.

• Oudin, fupplemento de feriptoribus Eccles, pag, 91,



lia qvam memorat Allatius, & Holstenius edere voluit, in CHRISTI adscensionem, incipit : Φέρε μοι νῦν τừς ἱερφιτικὺς ἱερῶς.

Illos Marci libellos afceticos etiamnum habemus excepto ultimo qvi hactenus in lucem non est prolatus, Exstat autem MS, apud Clariss. Galeum λόγ@ els του Μελχισεδέκ. Cæteri editi sunt sed alio ordine qvam à Photio referuntur, præmittiturqve illis proæmit loco, qvod Marci non est, neqve à Photio agnoscitur, sed est pars homiliæ 37. S. Macarii, ut à multis jam fuit annotatum.

- 1. De Paradifo & Lege (piritali, capita five fententiz 200. Hzc cum, VincentiiOpfopœi verfione leguntur in Micropresbytico p. 263, & in priore Orthodoxographorum editione.
- 2, De bis qui put ant ex operibus se justificari, capita 211. Istos duos libellos Græce & Latine cum versione sua edidit Vincentius Opsopaus, Hagenoæ 1531. 8. atq; emendatius Joannes à Fuchte, Helmst. 1616. 8. dolens sibi ad manus haud fuisse editionem Græcam Paris. 1513. Libellum posteriorem, qvo tam præclare de beneficio DEI ex sola per CHristum Gratia credentes justificante Marcus scripsit, separatim Latine fecit recudi D. Samuel Schelwigius o paxae stros Gedani 1688. 4.
- 3, De Panisentia cunttis necessaria.
- 4. Responsio sive Dialogus ad eos qui de divino baptismate dubicabant. Hunc Latine etiam vertit Petrus Franciscus Zinus, cujus interpretatio cum S. Ephrami, Nili atq; Esaiz Ascetz scriptis qvibusdam vidit lucem Venet. 1574. 8.
- 5. (Photio VIII.) Pracepta (alutaria ad Nicolaum Monachum de ira & libidine compescenda, cum ejusdem Nicolai Epistola, qva, gratias Marco agit.
- 6. (Photio VII.) Capitula de temperantia & jejunio. Partem posteriorem qvæ in editione Pici desideratur, vertit Zinus & cum superiore 4. Latine edidit.
- 7. (Photio VI.) Disputatio cum seculari Causidico.
- 8. (Photio V) Consultatio intellectus cum sua ipsius anima. Hanc qvoqve Zinus vertit.

Hi octo libelli Latine versi à *Johanne Pico* viderunt lucem Paris. 1563, 8. atq; deinde sepius in Bibliothecis Patrum cum fragmento Episola, Grace vero & Latine in auctario Duczano T. 1. Paris, 1624 fol.



F'Prz-

Præter illa octo, Nicephorus XIV. 54. teftatur se evoluisse libros alios Marci hujus XXXII. δι' ών πασαν, inqvit, ασκητικής πολετέας όδον διεξέρχεται. Atqve Tho. Galeus habuit MSta sub illius nomine κεφάλαμα ήθικά & γνωςικά, αντίζυγα vitiorum & virtutum, Parænesin Asceticam, literarum ordine. Περλ πεάξεως και θεωρίας πνευματικής. Orationem in S. Crucem, capita περλ άγευνήτε. Laudatur hic Marcus inter clarissimos sæculo IV. Ægypti Monachos à Palladio in Laussiaca cap. 20. qvi eum prope centum annos natum vidisse se testatur, & à Sozomeno VI. 29. Marci fragmenta qvædam. leguntur in Corderii Catena ad Lucam, ubi præter rem appellatur Archi Episcopus. Nam in MS. Mazariniana Monachum diserte vocari notatum Combesisio in Bibl, Patrum Concionatoria,

DIDYMUS Alexandrinus, Didymo Alexandrino Grammatico Chalcentero annis prope quadringentis junior, nec cum Monacho Ægyptio * Didymo (de qvo Socrates IV. 33.) confundendus, parva ætate qvadrimulus, cum adhuc etiam prima literarum ignoraret elementa, oculorum usum amilit : sed majore inde desiderio scientiz veriqve luminis inflammatus, precibus & audiendi meditandiq; impigro studio tantum profecit, ut non modo ** Grammatica.Rhetorica, Dialectica, Geometria, Arithmetica, Musica& Aftronomiæ,cæteræqve Philosophíæ adyta penetraverit, fed & sacrarum literarum inligni peritia instructus, Doctorem Ecclesia, przfliterit tanto magis eximium, qvanto etiam magis vitæ exemplo & morum fanctitate celebratum. Vivebat adhuc, Catechetæ Alexandrini fungens munere, cum Hieronymus A. C. 392. librum suum. de scriptoribus Ecclesiasticis componeret, qvo tempore annum. octogelimum tertium ætatis teltatur eum excessifile, qvód ego attigiffe interpretor. Nam qvinqve & octoginta cum excessit annos, obiit

• De aliis Didymis Jonfius III. 2.

** Vide Socratem IV. 25. Sozom. III. 15. Rufin XI. 7. Hift. Theodoritum IV. 29. Tripartitam VIII. 8. Caffiodorum c. 5. Inft. divin. lit. Nicephorum IX. 17. & èresentioribus Tillemontium Tom.X. p. 387. feq. Porro illustre Didymus exemplum est ex iis qvi oculorum luce orbati magnam doctrinæ laudem obtinuere : qvales commemorantur alii nonnulli à Jaçobo Gutherio in Tirefia fiye diatriba de cocitatis & fapientiæ conjunctione.

Lib. V. cap. 24.

Luna, opportune aratris ac fulcis dabis operana.	
525. Et bene excipiet in fossis germina egregia,	
Kkk 2 Agri-	

443

MAXIMI PHILOSOPHI Lib. V. cop. 25.

	1 / -
Έυ δ' αν αεργήλοις συνιν πήξειας αράγαις.	•
AUTWS & HAPLONDIN CN IX JUDIN ESS PEPLEN) in ¥
Γειοπονοις θειαντίς ότ' όμπνια έργα πελωνται	
Δηθης ευωδεινό Ο ευτεθεος ιοβακχη.	
Δηθς ἐυωδεινό . 530, Σκέπτεω αι δ' έπτεοικε και αςτέρας ήνεκες άλλας.) cum 2 vel ?
Ήν μέν γάρ Φαέθων τε παι άγνη Κυπρογένεια	
Μήνη συμΦορέοντ' η ευπτερ - לביצים φάντης;	
Πάντα τά δ' αλρήεντα και αυγιμα τομοε πιθε	THOIC
Πολλήν τ' έυες ω Φερέμεν και θες Φατον όλβον.	
535. 'Es de Kegro xevoers Kens' onoping ier	D cum to vel or
Αμφί σεληναίη, μινύθεσ έριχύδεα εργα	•
Ηδ' άλιον Φάνυσι γεωπονίην μεροπεος.	
Τοι γας έσα δικηλα κατ' έσανδα άγλαα πρώτου	
OIC NEON DEMONTIC CHANTILLA EPYCA TROODERING	· D. cam '2/ 2
Οις κέρη Θειαντίς αναίσιμα έργα προφαίνα 540. Αυτις δ' άζέρα καλόν έριος ενέως Κρονίων Ο	vcl ş
η παθίας η Οαιδρόν εύσχοπον έρμανα	• • • •
Ή παφίης ή Φαιδεόν εύσκοπου έρμάωνα Ξυνήν γας τέτοισι διίχνέυεσα κέλευθου	
Αρχήν η τέλο έωλον άγα μερόπων έπι έργοις.	
Έι δ' αρα και δεςμοϊσιν αντισιν αιχμάζοιτο Π	in) This in Decunic
545. Δειλός ανής κελώ μεν έχων ερώπεα μήνην	
Δηναίην, έυροι κε λύσιν δυερών όδυνάων.	
Die de uni en des union actusion adiadaum	
Ως δε και το θερινοῖσιν δρωμένη ἀδώλοισιν "Η διδύμοις η δ' αἰπυτάτω τοι καρκίνω Βσα.	
H ologuois y o dan or a con xagning soa	-
Ηε νεμετήταο κατ' δεγαλέοιο λεοντο, 550. Πελύν επί χρόνον έισει απείρατα δεςμα βροτοϊσιν.	•
	• •
Ως δε και το σχορπίω αίθεριω ήδε τ' ελαΦεώ	•
Τοξευτή, τάυρω τε και τη ζυγῶ αιγλήεντι	
Ήε naj Aseans saxun Φόρω αμφί θυγατεί	
Δινέυσσα, ταχέταν έγει λύσιν ήμερλωσιν,	
555. Έκ τε πόνων ανέπαυσε και άψεα κέφετεν ανδρός	3
Μη μέν άλιπλάγμτοισιν έν ιχθύσιν αυγάζοιτ,	
Έι γας, ανατλήσειεν αμχέλιον βροτος αλγω	
και δε μόλις δεςμοῦο δυσήχεφ ἀσπετον ἀχθο	
Εκπροφύγοι, πολλοί δε και ές βιότοιο τελευτήν	
560. Ειλλάδας δεγαπέας γυίων έΦόρησαι υπερθεν.	
Ήν δε σύν ας έρι μήνη ενήει καλα Φανέη	⊉ 24 ♀ ¥
Znvos n' Equerao n' eveave Appoditns,	
Ητ' αν κεφότερότε πόν παυρίτε γένοιτο	3
,	`Eı

DE ELECTIONIBUS.

Recte etiam incultis vomerem infiges agris,
Similiter vernis in piscibus optima est
Agricolis Thez filia, dum alma opera exercent
Cereris odoriferæ ac florente corona cincti Bacchi.
530. Diu multumqve etiam observare conveniet & alias stellas.
Si enim Jupiter ac casta Venus
Lunz circumferatur, five alatus Mercurius:
Omnibus in lucem qvz proferuntur incrementum dat,
Multumqve fert facile fructum ac opes divinitus auget.
535. Si vero Saturnus humidus noxiusqve Mars eant
Circalunam, imminuunt opera ne sint gloriosa,
Agriculturamqve hominibus oftendunt multi sudoris.
Hæc ergo præclara signa in cælo inprimis expende,
Qvibus filia Thez utilia opera profert,
540. Statim ut eximiam Jovis validi stellam,
Sive Veneris, five fulgentem ac conspicuum Mercurium
Habeat comitem & ineadem fimul cum illis sit semita,
Præclarum initium facit atq; finem hominum operibus.
Si vero indecoris duris in vinculis teneatur
545. Ærumnolus vir, in ariete dum est venusta luna,
Tardam invenit solutionem acerbissimorum dolorum.
Sic & in æltivis fi conspiciatur lignis,
Sive in geminis five in excello fit cancro,
Vel etiam in Nemezo molefto leone,
550. Longo tempore feret hominibus gravissima vincula.
Qvum vero in scorpio æthereo, sive veloci
Sagittario, tauro, ut & lucida libra,
Sive in Aftræi spicamferente filia
Versatur, celerem liberationem affert mortalibus,
Finamere laborithm imposite & fastim hominem level
555. Finemqve laboribus imponit & statim hominem levat.
In piscibus pontum pererrantibus Luna ne splendeat, Si enim ibi oriatur, exantlandus homini noxius est dolor,
Si chim ibi oriatur, exantiandus nomini noxius en doior j
Et vix vinculi molefti ingens onus
Effugere licet: multi vero usqve ad vitæ finem
560. Truces compedes super artubus tulerunt.
Si vero Luna cum benefica stella pulchre splendest,
Jovis vel Mercurii vel pulchre vestitæ Veneris,
Leviores ac pauci erunt labores.
Kkk 3

Digitized by Google

Si

ει δε Κρόνω κρυερώ η Άρα συμΦορέηται, 565. Πολλάκις δογαλέοιο βίη δεςμοΐο σονηθείς	₹ ۲۵ 🔇
505. 110 maris appareoro pin esperio aromites	
Μές Φα πότμε Φρερεται συναπτῶι αδάμαντι.	
Έι δε τι κλεμμάδιον μεγάρων κειμήλιου έβροι	Πεελ κλοπης.
*Η μεν αν άρνειζε κες αν τροχάησι σελήνη,	D in Y
Σώεται αψές δῶμα καὶ is χέρας ẻστη άνακτ ${{ G}}$.	
570. Τάυρω δ' εμβεβαῦια παλίμΦοιτΟ κερόεοςα	D in V
Πέμπα πρις Δεναρον κτήμα Βροτον, έδε τε δεία Αυτό χίχοις, έδ΄ αυτός όνησεται ηλίθιΟ Φώο	
Αυτό κίχοις, 80° αυτός όνησεται ηλίζι@ Φώρ	
KepdeG agradious dings ideas unoxwo,	
Φράζεο δ' είς δεκάτην τόδε μοι τάυροιο κέλευθαν.	
575. Αι δ' άλλαι καλαί και απήμονες ανέρι μοῖραι	
<u>ร่อี่</u> 6 ส่งแทงทุ่ง เหล่ารอ ลเอิทานองล วิพทุ่ง	-
ร่งไร้ T ล่งแทงทุ่ง รัสส่วรรรี ส่เป็ที่Tµova 9พทุ่ง "Ну µท Ары टูบงого безив тетихног селя́ум.	
Ήν δέ κε δακήλοις διδύμων περάησιν άναστα	D in I
Έι τέτμοις μέν * παῦρον δὲ νόω νοςΦίζεο πημα.	· · ·
Ει τέτμοις μέν * παῦρον δὲ νόφ νοςΦίζεο πῆμα. 580. Καρχίνω αυ έφεπεσα ΦαεςΦόρΟ ι μεν έλοι?) in T
Αργυρος αίγλημις, ανάγμι πάλιν ες τεον οίκου	•
Χρυσόντ' ευλαμπη κτησιν δ' άλιώσεται άλλην	•
"Ητις αν όκ μεγάρων συλήσιΟ ιχνέυσαεν.	- '
Ει δε λέοντο έχησι μένο πολυωπέτις αγλη) in A
Ει δε λέοντο εχησι μένο πολυωπέτις αγλη 585. Μήνης ηϋκόμοιο τότ ε μάλα θαρσάλεός σοι	,
Αυδήσω παλίνορσου έλαν κτέαρ. Η δέ τε κέρην) in m
Αςραίη διίησι κεραςφόρω δογέτα μήνη	•*
Δηθύνει κλόπιον χρόνιον δ' αναφαίνεται αυμς	
Δήμς κ' μ χηλησιν διιοδρομέοι κερόεοσα.) in 🕰
500, "Eupois T' ei nai en' כאדמה סלא BeBauía די אסוי) in A) in M A
590. Έυροις τ' ei nai en οκταποδη βεβαυία τύχησι» Σκορπίω. Ήν δέγε τοξότεω δέμας αίνον εχησι,	•
Ολλυται, ερμοũου δε πελει Φώρεος τυ ανιγροϊς.	
אוץ האבקר ל א אבי אאטדם דרופבם המעסמוייז איז איז איז איז איז איז איז איז איז	D in to
Κιγλησιν Φιαρήσι παλιςρεπτοιο σελήνης	•
595. Hr, au δηναίη πέλοι έυρεσις. Ει δέ κεν άσρου) in 🗱
Υδροχόε δίλησιν άγαυη Θκαντίνη	
Έν δοίη σώσεισε απολλυμένε χτεάνοιο.	
Ως δε και καερνοισιν όν ίχθύσια αλθροπολέησς	D in X
Ευκεράε μήνης, μόλις όισεαι όττι και Φωρο	

446

1

Si autem rigido cum Saturno vel Marte cirumferatur,
565. Szpe vi zrumnofa vinculornm laborans,
Admortem usqve in custodia adamantina habebitur.
Si vero aliquid pretiola supellectilis adium furto pereat.
In ariete cornuta currente luna,
Mox servabitur, ac in domum manusqve heri redibit,
\$70. In tauro autem dum incedit vicibus splendens luna,
Immittit molesto furto hominem, neqve enim facile
Id recuperabis, neque juvabitur iple stolidus fur,
Lucri rapacis pænam aperte subiturus,
Decimam cave maxime tauri semitam:
575. Namqve aliz bonz & innoxiz funt viro partes,
Neqve gravem & ignominiosam adducunt pœnam
Si non cum Marte communi curfu pergat luna.
Qvum vero per signa geminorum transit Regina,
Si invenias furem, exiguum æqva mente ferto damnum.
\$80. Cancrum qvum infequitur lucifera, si auferatur
Argentum splendidum, rursus in domum tuam adducit
Fulgidum Aurum : possessionem deprædabitur aliam,
Qvæ ex ædibus furti vestigia indicaverit.
Sed si validum leonem teneat splendens varia facie
580. Luna, bene comatum, tunc non valde confidenter tibi
Dicam Te rem tuam recuperaturum : si vero puellam
Astræam trajiciat cornifera candida luna,
Longo tempore res furtiva morabitur: fed rurfus apparebit
Infeltus prædo, in chelis quando decurrit cornuta luna.
590. Invenies etiam si in octipede incedere eam contingat
Scorpfo: At liteneat lagittarii corpus noxium,
Periit, lucrum vero erit furibus perniciolis.
Capricorni vero inclytum fidus fi illuminetur
Lucidis radiis per vices revertentis lunz,
195. Licet tarda, tamen erit inventio. Sed si astrum
Aqvarii pertranseat illustris Thez filia,
Dubia crit perditæ rei recuperatio.
In vernis piscibus si ztherem permeet
Conlpicua cornibus luna, vix referes qvod fur

600. In

448 MAXIMI PHILOSOPHI DE ELECT. Lib. V. cap. 26.

600. Ἐις παλάμας κεν έλοι, θαμέως δέ κεν ἀμΦὶ κλοπέα Ἐισäίοις, τὰ δὲ πολλὰ πέλοντ' ἀνεμώλιοι ἀυτως Μῦθοι ἐπαγγελήσι κενῶς θέλγοντες ἀκαάς. Ἐι δὲ σεληναίη Ἐυνὸν τείβον ἐν κονέησιν D cum ᾿Αςροις Σφγαλέοις, δήεις κτέαρ ἢν δε Φερίσοις planetis male-605. Ζηνὶ κελαινεΦέει, κλόπιον κτέαρ ὅλλυται ἀυτως. ficis & beneficis. [°]Ην δ' ἰχη Κρονίωνα σεληναίη ἀμαδίη Ἐν γενέθλη, παράδος μιν ἐπ' ἡγάθεον Φαέθεντα [°]Ου τι λήν Φώρεωτι δ' ἐναύσιμα γίνεται ἐολὰ Τείρεα Κυπρογένεια καὶ ἀιγλήεις Διος ἀσήρ ἰθὰ καὶ ὠκύδρόμοιο Φερεπτέρε Ἐρμάωνῶν.

ΜΑΞΊΜΟΥ ΠΕΡΪ ΚΑΤΑΡΧΩΝ ΠΕΠΛΗΡΩΤΑΙ ΒΙΒΛΊΟΝ ΈΝ.

- 600. In manus ceperit : Sæpe qvidem de fure Inaudies, plerumqve autem futuri funt inanes Sermones, vano rumore qvi aures demulceant. Si vero lunæ communis fimul fit curfus cnm festinantibus Malignis stellis, rem recipies : sed si cum benignis,
- 605. Jove nubes cogente, res furtiva limpliciter periit. Si vero habeat Saturnium luna limul incedens Cum nalcitur, permitte iplum divino Jovi, Neqve enimfuribus admodum utilia lunt aut faventia Altra Venus, & lucidi Jovis stella Vel etiam velocis alati Mercurii.

CAPUT XXVI. De Philosophis SYRIANO, PROCLO ET MARINO.

Syriani atas & monumenta, Index scriptorum in ejus commentariis ad Metaphysica Aristotelis laudatorum. Procli Lycii atas & Praceptores. Alii Procli, Marinus Procli discipulus, Alii Marini, Procli Liber de Providentia & Fato & eo quod in nobis, ad Theodorum Methanicum, nunc pri-

SYRIANUS PHILOS.

mum Lathne editus ex veteri versione Guilelmi de Merboka. Excerpta ex libro inedito de decem dahisacionibus Eirca Provia Excerpta monobibli inediti 🐣 de Malorum (ubliftentia) dentiam, 21 3. De Procli Hymnis editis ac deperditis. Hymni quasuor Grace & Latine duo cum Hug. Grotii, duo cum Godfridi Olearii TE uaxapine verfione. 4. De Procli scriptis aliis editis : Theologia Platonica, 5. Inflsusione Theologica 6, libris duobus de motu, 7. Hypotyposi Astronomicar. Posicionum. 8. Spbara. 9. Paraphrasi tetrabibli Ptolemai 10. Commentariis in primum Euclidis librum 10. In Hesiodi Opera S dies. 11. Chrestomathia Grammatica, 12. Argumentis XVIII. adversus Christianos de mundi eternitate. 13. Commentariis in Timeum, 14. Alcibiadem 15, & Politiam Platonis. 16. Index scriptorum in bis Commentariis laudatorum, 17. Characteres Epistolici 18. De effe-Gibus eclipfium Solis & Lune, 19. Scripta Procli inedica, 20. Deperdita, 21.

YRIANUS Philoxeni F. Patria Alexandrinus, Philosophus eximius & post præceptorem Plutarchum Nestorii F. Atheniensis Scholæmagna gloria suit, in qva Platonicam præcipue docuit Philosophiam & successor relicto Proclo discipulo, diem oblik circa annum CHristi ut conjicio 450. Laudat hunc sæpeProclus in suis Commentariis sub didaoxa & xa Inyeµóv sui nomine, & eodem tumulo offa sua mortui ad Syriani corpus reponi jussit in suburbio Atheniensi ut narrat Marinus in Procli vita cap. 36. Defuncti ma-L11

Proclus Theol, Platon. III. 13. pag 151. έσηται γάς περί τέτων ήμιν ἐν ἐνὶ τῶν μονοβίβλων, ὅ ϖ y ηgù δεδέ χαμεν την μὲγ ἀλήθωαν τῶ ΦιλοσόΦω σύςοιχον. Damalcius inedito περί ἀρχῶν opere : ηgù τῦτό ἐςιν ὅπερ ὁ ΦιλόσοΦΘ. ΠρόκλΘἐν τῷ μονοβίβλω ἀπόρρητον ἀξίωμα κέκληλεν τὸ κατα την ἀδίνεσαν ἐκείνο γνῶσιν, ὡς ἡητὸν ἀξίωμα τὸ κατα την ἦδη διαρθρωμένην. Hunc de fubliftentia mali librum etiam in Bibl, quadem Patavina exflare notat Tho, Galeus ad Jamblichum de Myfleriis Ægypt, pag, 201. Czterum ex dubitationibus circa Providentiam habet Beflatio qvæ affert lib. II. contra calumniatorem Platonis cap. 9. Quam obrem Proclus Lycius, vir eximia fingularisque doftrina in bunc modum neceflisatem expenit, five cam Providentia, five Pradefinationi fivo Fato tribuerit. DEns, inquit, res divifibiles indivifibiliter intelligis, qua intempore funt, fine tempore: non neceflarias neceflario, mutabiles immutabiliter y longe omnia melius quam ordo ipforum & ratio poftulat.

Libri V. Pars 4.

nes Ilidorus Philosophus entra Quor Juna geida sive thuribulum secum afferens cultu est prosecutus, teste Damascio apud Photium. Cod 242. pag. 564. Scripta Syriani hæc memorat Svidas:

'Els 'Oμηρου όλου υπόμνημα έν βιβλίοις ζ. Commentarium libris VII diftinctum, in totum Homerum.

'Εις την πολιτείαν Πλάτων, in Remp. Platonis, libris IV. 'Εις την 'ΟεΦέως Θεολογίαν, in Orphei Theologiam libris II. Περλ τῶν παξ 'Ομήςω Θεῶν. * De Diis apud Homerum. ΣυμΦωνίαι ΟεΦέως, Πυθαγόρε καὶ Πλάτων. Confenjum. Orphei, Pythagora & Platonis.

Πεελ τα λόγια in Oracula (Chaldaica) libros X.

Ex his omnibus nihil tulit ætatem, & fortasse Syrianus illa, nunqvam scriplit sed Proclus, in cujus scriptis eadem Svidas diserte memorat, licet ex Marino constat Proclum ansam eorum ex Syriani scholis accepisse. Timaum Platonicum commentariis illustratum à Syriano, ex Proclo in eundem Timæum patet, qvi etiam laudat Præceptoris sui συμθωνίως γεάμματα, qvibus consension doctrinæ Platonicæ cum cæteris Philosophis, præcipue antiqvioribus Pythagora, Orpheo & Chaldaicis Oraculis perfecutus fuit. Cæterum hodie nihil eorum omnium, sed tantummodo habemus Syriani (hujus ut mihi persvadeo) commentarium in Hermogenis Rhetoris πεεί sacew, (de qvo

Apud Svidam legitur eis ta neands neel tur nee Ounes Gear. Verum fi quis cogitet Proclum fuisse juniotem Syriano, ejusqve discipulum, & apud eundem Svidam in ILeon videat foripta cadem plane memorari , inouvyua eis o'sov τον Όμηρον, είς την πολιτείαν Πλάτων Ο., είς την Οεφέως Θεολογίαν, περίτων παρ' Όμήρω Θεών, συμφωνίαν Όρφέως, Πυθαγόρε και Πλάτων G- & περίτα λόγια, facile veniet illi in mentem cogitare, verba eis τα Πρόκλυ vel elle notam marginalem Lectoris, memoriam Svidz coarguentis & ad Proclum hzc referenda effe obfervantis ; aut fi verba Svidz funt, qvod tamen zgre mihi perfuadeo, ita intelligenda funt ut ionuane Syrianum fimul in hifce Procli feriptis elaboraffe, & fub illius Præceptoris fui ductu Proclum hze elucubrafie, ant ex ejus ore vel fcriptis pleraque corum repetiffe. Hac certe malim quam cum Jonfio ifta habere pro commentariis Syriani eis rat Meonde, ac Syriane alicui juniori tribuere. Licet verum en fuiffe Syrianum juniorem Philofophum, zqvalem Hegiz & Midori qvi Marino fucceffit , cujus meminit Damafcius in Ifidori vita apud Photium Cod. 242. pag 168. Пастин de Duciarde na Hylar o Isidae @., yeur en pirosofiar umopoéurav avarurada. Omitto Sylianum Ducem in Agypto, à quo gravia paffes A. C. 355. S. Athanafius, qvi in Apologiis pro fuga atqve alibi mentionem ejus facit.



qvo dixi lib, IV. c. 31.) Grace editum cum Hermogene & aliis Rhetoribus Venet. apud Aldum 1509 fol.

Præterea, sed Latine tantum, lucem viderunt Syriani commentarii in librum III. XIII. & XIV. Metaphylicorum Aristotelis, in qvibushoc inprimis datlibi negotii, ut Platonem luum adverlus Aristotelis & Peripareticorum objectiones defendat. Prodierunt ex Hieronymi Bago. lini interpretationeVenetiis 1558.4 Grace nondum viderunt lucem licet exstantMSS. in variis Bibliothecis Italiz & Galliz, etiam exdoctiffimiHolftenii beneficio inBibliothecaJohannea hujus UrbisHamb. & gvidem duobus foliis in extremo, Latinis editis auctiora. De Codicibus Segvierianz five Coislinianz Bibliothecz vide Clariff. Montfauconi Catalogum p. 221, seq. & 446. Observog; in altero Codice ibi eadem extare, qvæ Bagolinus vel non habuit, vel in verfione fua. omilit, atqve in Holfteniani MSti duabus posti emis paginis exstant de Providencia, Sive ut Grzeus habet titulus: 'Eis ta reel reovolas tiva Incipit : דמי שידושי אמדם אפוקסדנאאי א עני לדוי מסע. συντελέντα. ματός το τος άνου σώματο άδος le άυλον & χωρίς ένεργεία τις έσα מהמסיור לטימענטר אבצעראבעניין אי צידינת דען יצי אמאהי ער.

Catalogus scriptorum à Syriano in Commentariis ad Metaphys. allegatorum, compositus à me ad paginas edit. Latinæ Venetæ.

Gyptii pag. 120. b. Alexander Aphrodifeus 52. b. 55. in Metaphyfica 13. 17. b. 24. b. 28. 40. 61. b. 63. b. 71. 98. 101. b. 103. 116. b. 132. Amelius 47. 61. b. 69. Platonicus. 88. Anaxagorz homœomeriz. 67. b. Antiqviores (i. e. Pythagorici) 88. Antoninus permifeens Cleanthis & Longini opinionem 59. Archedemus Stoicus. 59. Archemenis qvidam. 102. b. Archedemum legit Meurf. pag. 1240. Bibl. Gr. Archinus. 120. b. Archytas. 56. b. 91. b. 101. b. Arifto-



Aristoteles junior, expositor Aristotelis Philosophi. 55. Aristotelis Philosophi in his qvæ de Philosophia Platonis. 93. b. de Ideis libri duo. 123.

Metaphys. a μεζον. 1. 17. deridendi qvi pro spurio habent. ibid. a ελατίου 1. 54.

B. 1. a.

y. 22. 98.

lexto. 6, b.

feptimo 66.b.

nono hujus πραγματέας 4. b.

decimo. 47. b. 65. b.

undecimo 6.8.

duodecimo qvi M. apud Grzcos 41. 43. b. diversimode liber ille distingvirur ac finitur.98. 101. b.

decimo tertio. 7. qvi Napud Gracos. 41.43. b.

in Topicis 4. b. in Rhetoricis artibus 101-

Phylices secundo 10, liber de reminiscentia. 98. b. in naturalibus confiderationibus. 122.

Analytica posteriora 23. demonstrativa. 98. de generatione

& corruptione, ex Eccello de universi natura hausir Aristoteles, 109.

. 1

primus de partibus Animalium 25.b. Moralia.98, secundo: Politicorum. 104.

Atticus. 19: Platonicus. Boéthus peripateticus 59. b.

Brotinus 102. b.

Chaldzi, 120. b.

Chryfippus 59, 115. b.

Cleanthes. 19.

Comædiarum scurrilitas, 112. b;

Cornutus. 19. b.

Cronius. 61. b. 🗉

Crotinus Pythagoricus. (an Brotinus?) 114.

Democritus \$8.56.86. The state and a second

Democritici, 92.

Democritus (junior, Platonicus) 59.

Eccelus de universi natura. 109,



Elca

- Eleatici ludi principes. 59. Empedocles Pythagoricus, 8. b.23. & Orphicus 32, b.33. b.34.39, 106. 115.b. 117. b.118. cjus sphærus 8. b. 3 3. 1 17. b. Theologia ibid. Eudoxus 67. b. Eurpius Pythagoricus 118, Euryticus. ibid, lege Eurytus. Heraclitus. 58, 98. b. Heraclitici. 58. Heliodus ; 1. b. Hippalus. 71. b. 85 b. Homerus 19. 104. seq. 121. Jamblichus 5. 20. 35. b. 65. Commentarius in Parmenidem Platonis 29, b. Collectio Pythagoricorum dogmatum, 57. b. liber qvintus 90, feptimus 83. b. Longinus. 59. Moderatus g1. b. ubi male Oderatus, Mufeus 89. Nicomachus 91. b. ejus collectio Pythagoreorum dogmatum. \$7. b. Numerius 61. b. Ocellus. Vide supra Eccellus. Orphica, Pythagorica & Platonica principia eadem. 7, b. 9. 32. b. 59. b. 71. Parmenidei. 50. Poëfis divina. 43. Poëræ. 88. Othovp and hold do carrol and Philolaus. 71. b. 85. b. 88. b. 102. a. b. 15. 100. b. Philosophi statuentes materiam feipfam formare, 29. Plato, fingulis fere paginis. Præceptor. 47. 1 10. b. pater 49. feqvitur Pythagoricos. 57. b. in Cratylo. 58. in Parmenide. 4. 20. 30. a. b. 32. b. 33. b. 35. b. 36. 67. 73. b. 102. b. 106. 108, a buypel claivil 5, mum moguide Philebo. 7, 102. b. Phædro 42, b. 58, b. Pha-L11 3

453

Digitized by GOOGLE

· · · · · ·

.

			· · · · · · · · · · · · · · · · · · ·		
Plato Pha	done 58.b	. 67.78. b.	104. b. 108.		1
Prot	agora 21./28	3. 19. b.			· • • •
	rteto 28.58				
Epif	olis 66, 10	i.b.			• .
	philta 4. Ic				• •
	maro 3. 30.		E17		• • • • •
de R	ep 42. b. so	. 102. b.	•		•
	libro decim	0.58.b.			
Platonici	44. 45. 50.	b. õī. a, b,	71.97. no	tionibus	ditifimi 99 b.
Platonica	, Orphica, I	Pythagoric	a principia e	eadem lun	t 7, b, 43.71.
Plotinus.	6. 20. 35. b.	65.	• • •		
con	ideratione	de intellec	tu, & de spec	iebus & c	le ente 29. b.
Plutarch	is Platonicu	is 59.	•		
	1520.35. b.				• .
Pythagor	as 32. b. 33.	42. 50.b.8	5.102.0.10	4. 114. 12	o. b. 120,
infa	ro lermon	e 7. 71. b	33.b. 108.b.	•••	
Pythagor	ei 7.8.b. 20.	22.26.6.	2, b, 34, 37. t	0.41. 6.4 3	44 45.49.56
b.57	. 18. a. b. 59	. 72. a. b. 7	b. 81. b. 84.	b. 85. a.l	0.91.b.97.108
110	b. 111. 113	. 1 14. 115.	b. 1 20, a. b. 1	21.	
axec	uatixói 7 1	b. qvi ex P	ythagorz do	octrinario	91.
Simonide		•		· · ·	•
	Platonicus)44.	•		: · ·
Socrates	limus & ven	trolus 103.			
Socratici			• •		· • •
Speulippi					
	1. b. 44. 58	b.59.83.1	b.	,	· . ·
Syriani fo	op us e ft of	tendere qu	romodo Pla	tonicus 8	k Pythagoricu
Arif	totelis objec	tionibus p	offit occurre	ere 1.b. c	ommentarios in
ſecu	ndum Meta	phyf. alles	gat 46. admi	iratur Ari	storelem neque
tam	en eum Præ	ceptorem	gnoscit. 41.		•
Thales 9.		•	0 1		
		.b. 47.b.	113. b. 114.		
Theophr	altus 120, b.				
Timzus	7. b. Pythà	goricus 56	i. b. so. 100.	per hun	c Peripatetica
Phil	olophia plu	rimum de	divinis logvi	itur id.	
Timolau	7.		/		
	cs 71.72.8	4.b.			'
		•			Sy-
			•		-7

454

;

Syriani discipulus genuinus & in schola Athaniensi successor fuit PROCLUS Lycius, cujus vitam scripsit qvi Proclo deinde fuccessit Marinus Neapolitanus. Eam dimidia parte mancam cum nescio cujus versione Latina vulgavit primus Gvil, Xylander, additam Marci Antonini præclaris, qvibus se ipsum monet, libellis. Tiguri 1558.8. apud Andream Geinerum, Recula deinde ibidem utraque lingua cum eodem M. Antonino eft A. 1799. 8. & fex libris Theologicæ Platonicæ præmissa ab Æmilio Porto, Hamburg. 1618.fol. Nam Latinam editionem Lugdunensem apud Jo. Tornzsium 1559, 12. è Bibl. Illustrissimimi Principis, Ottonis Henrici, & qvam non memini me videre memorat autem Catalogus Bodlejanus Lugdunensem alteram A. 1616. 8. libenter omitto. Integram dare Holftenius cum voluiffet, fato prohibitus locum mihi dedit, qvi ex Codice Gudiano descriptam supplevi, ac cum versione mea & notis separatim edidi Hamburg. 1700, 4. recufam deinde ad calcem Bibliothecz mez Latinz, Londin. 1703. 8. Eft autem fcriptum lectu jucundum illis qvi res Philosophorum illius ætatis cognoscere voluerint, totumqve ita. comparatum, ut ex virtutibus Procli, qvarum omnes gradus eum. implevisse contendit, vere felicem eum fuisse colligat. Hinc etiam libello titulum fecit negna@. five neei evoquevias, de felicitate. Cum enim sub notis illis quatuor Cardinalibus, omne genus virtutum complectatur, Prudentia, Fortitudine, Justitia ac Temperantia., id scilicet agit Marinus, ut his virtutibus universis enituisse Proclum doceatgraduprimu infimo qvi iplieltPhylicus ita ut prudentia bonus habitus sensum, fortitudine robur, per temperantiam pulchritudo, per justitiam valetudo integra corpusque bene sanum quo ille usus est fignificetur. Deinde similiter conspicuos in ipso fuisse docet virtutum gradus sele excipientes ad summum usqve, Ethicarum, Politicarum, purgatoriarum, purgatiqve jam ac defæcati animi, tum. Nihil præterea. contemplatoriarum ac Theurgicarum denique. intermittit eorum qvz ad studia ejus & amicitias atqve alia narratione digna pertinent, qvibus laudes ejus celebrentur. Verum hæc qvi cognoscere voluerit, libellum Marini, non estenim admodum prolixus, confulat. Nequemihi placet hoc loco repetere qvz vel ad illustrandum Marinum, vel ad ætatem Procli constituendam alibi dixi,

" Timæus Loerus pag. 564. edit. Galei, pulchritudinem cum justitia confert, & cum temperantia fanitatem.

dixi, tantum observo præter ibi à me notata sic Virtutes qvatuor Cardiles in argumentum laudis sumssile Agathonem ubi Deum Amorencelebrat apud Platonem in Convivio pag. 325. Dionem Chrysostomum ubi laudare instituit Trajanum Imp. dissertatione IIL de Regnopag. 37. seq. Aristidem qvando ab eo laudatur Marcus Antoninus, Tomi I. Oratione X. Jamblichum deniqve cap. 29-32. in vita Pythagoræ ubi in laudes Philosophi illius excurrit.

Obiit Proclus Athenis anno CHrifti 485. ætatis 75. à Juliani * Imperio 124. utemendandus fit vir fummus Joannes Keplerus, qviCedrenum fecutus, Proclum fub Conftantino, Maxentio ac Juliano ait vixisfe pag. 245. Harmoniæ Mundi. Sed gravius etiam errant ii, qvi Marinum Procli discipulum confundunt cum Marino Tyrio, qvem in Geographia sua castigat Claudius Ptolemæus : aut qvi Plutarchum Syriani & Procli præceptorem eundem cum Plutarcho Chæronensi faciunt, atqve inde Proclum etiam ad vicina Trajano tempora reducunt. Sed qvo facilius sit erroribus hujusmodi occurrere, eosqve evitare, age Proclos varios itemqve Marinos paullo distinctus recenseamus.

Procli varii, nostro antiquiores. Calpurnius Proclus, in veteri inscriptione Ancyrana; apud doctiss. Montfauconum pag. 161. Palæographiæ Græcæ.

Marinus cap. 36. Vitz Procli: ἐτελέυτησε δὲ τῶ δ' ἐ, κ' ጵ ἐ ἀπὸ τῆς Ἱελιανῦ βασιλείας, ἀξχοντῷ Αθήνησι Νικαγόξε τῦ νεωτέρε, μῆνῷ κατὰ μὲν Αθηναίες μενιχιώνῷ ιζ', κατὰ δὲ Ῥωμάνες 'Απειλίεις'. Scholion in MS, adjectum monet non de Juliano Apoftata fed de alio nefcio'qvo Juliano verba Marini'accipienda effe, ἐ τῶν παξαβάτην Ἱελιανῶν λέγει, ἀΝ' ἐν Αθήναις κληρωτὸν ἀξχοντα. Sed hoc fcholien fallum effe non dubico. Nam in Juliano Imp. tempus optime congtuit, & nomen βασιλείας, nec miram Philofopho pagano Marino, natione Syto., fanttiffiman fuifie Apoftatz memoriam, ut ab illius Imperio qvandam veluti Epocham repetere voluerit, qvi tantis beneficiis & honoribus affecerat Philofophos, & ipfe non mediocriter in Philofophia profecerat. Etiam in more politum Orientalibus, zram ducere ab exortu Principis alicújus qvi de ipfis effet przelare meritus, camqve producere qvam diutiffime liceret, donce alterius majore beneficio ptioris recordationem veluti delerents, in bene obfervavit Joh, Harduinus in Chronologia Vet. Teftamenti, Alioqvi Syris & aliis Afix populis folenne eft annos ab Alexandri Macedonis regno numerare, ut notat Andreas Mafius przfat, ad librum Mofis Barscepha de Paradifo, & illufatis Vir Henricus Norifius libro de Epochis SyroMacedonum.

456



Clau-

Claudius Aurelius Proclus Heros in antiquo marmore Oxonienfi pag. 299. edit. Humfredi Prideaux. Hujus fortalle filiam'Istan Προχλαι Ηρωίδα vides memorari in numo veteri apud Clariff. Segvinum p. 61. & 74. Nisi ea propius alligit Julium Proclum, à Commodo Imp. una cum suis, ut narrat Lampridius, interfectum. Claudius Proclus Sophifta Smyrnzus & Prztor tempore M. Aurelii Antonini, cujus fit mentio in numis, ut in illo qvem exhibet Vir illustris Ezech. Spanhemius de Vesta & Prytanibus Grzcorum. Tom. V. thefauri Rom. Grzviani p.701. * Vide Godfr. Olearii τε μακαρήτε notas ad Philoftratum p.602. Proclus ab A.C. 434. Patriarcha CPolicanus A.C. 446, defunctus, de cujus vita & scriptis dicam infra capite XXVIII. Eutychius Proclus, Siccensis, Afer, Grammaticus quo præceptore usus eft M.Antoninus ut narrat in hujus vita Julius Capitolinus cap. 2. Videtur hic Proclus ille effe qvi sui temporis doctifimus Grammaticus Trebellio Pollioni dicitur in Æmiliano Tyranno. Julius Proclus quem Commodus Imp, jussi t cum suis interfici, teste Ælio Lampridio in ejus vita cap. 7. Hunc suspicor esse Proculum ad qvem rescripsit Marcus & Verus. Proclus five Proculus, inter Jurisconfulees memoratus apud Ælium. Lampridium five qvisqvis locum illum Lampridio intrusit in. Alexandro Severo cap. og. Certe ad Alexandri Severi tempora referri non poteft, fi is eft Proculus à quo Proculiani, magna auctoritate JCtus Neronis tempore, ut constat ex Pomponio lib.I. D. de orig. juris tit. 2, ubi narrat successorem hujus Proculi Pegalum fuille præfectum Urbi temporibus Velpaliani Imp. Proclus Προκλήig- five Proculejus, Themilonis F. Landices in Syria. hierophanta, scripsit Svidateste Geoloyian. 'Es Tin Tae' Houda της Πανδώρας μῦθον. Ἐις τὰ χρυσᾶ έπη. Ἐις τὴν Νικομάχε κσαywyn Tis Res unhans. Et alia qvædam Geometrici argumenti. Larginus Proclus, qvi in Germania prædixir mortem Domitiani Imperatoris. Vide Xiphilinum pag.225. Lacianus Proclus Senator Rom, lub codem Domitiano, de quo Xi-

philinus pag. 222,

Proclus Mallotes (Markarns) Cilix Philosophus Stoicus. Scripsit eodem Svida telte un omna ran Anyives rooundrur, & adverlus Epicu-

Mmm

Libri V. Pats 4.

curum. Hujus ut opinor mentionem facit Proclus Lycius in.
Timzum Platonisp: 166. areatra agg uins ta segua, worre on
των δεχαίων Πεόκλο τε ο Μαλλώτης λ. Φιλοικίσης ειξήκασι, των δε
vearepur os aro Ildurive martes Ildarwinos. Incertum quisnam
Proclus à Nerone jussie cum Virginio Rufo venas libi præcidere.
Proclus Mallotes alter, Stoicus & iple, Svidæ memoratus.
Proclus Medines Methodicus. Infras in Rhegino.
Proclus Meraponeinus, cujus inter Pychagoricos Philosophos Svidas ca-
pite ultimo vitæ Pythagoræ mentionem facit.
Proclus fiveProculusMontanifta on solar n's Morrars adverfus qvem fcri-
plit Cajus * presbyter Romanus on Educate diane En telle Photio
Cod. XLVIII. Meminit & Euschius II. 25. & III. 31, Hille ad &
Hieron, de S. E. cap ; 9. & Theodoricus III. 2. de hereticis fabu-
lis xara de Margenie rige aurige aigéreus (de Montanistis ibi serti
moch) meosareuravro ouveregete rous. Ubi pro Patroch le-
gendum effe Praclum, multi jam notarunt. Uti vicifim apud
Svidam in Taga Buson pro Marxies Legendum. Marporthiss ex Har-
pocratione. Hic auctor Proelianorum five Montanistarum xa-
ra Proclum, cujus meminit scriptor appendicis ad Tertulli de
præscript, c.5 2. Accesserunt alie baretici qui dituntur secundum Phrygas :
jed borum non una doctriva est. Suns enim qui xara Proclum dicuntur,
funt qui fecundum Æfabinaru pronunciantur. Hi hobent aliam communem
blasphemiam, aliam blasphemiam non communem fed pseulidren & form.
Es communem quidem ils mugua in Apoftolis quidem dicuns Spirienno Sfuif-
fe, Paracletum non fuisse: O qua dicunt Paraclasum plura in Montano di xise
guam Christum in Evangelium proculiffe, nec tantum plura, sed etiam meliora
atque majora. Qvænam blasphæmia illorum non communis fue-
rit, non addit, de Montanistis secundum Æschinem monere con-
tentus,eos adjesisse etiam bac,ut dicerent OHtiftum ipsum effe Filium & Pa-
trem, Procliani inter bæreticos qui cum ad Ecclesiam accedunt
rebaptizandisunt, referentur à Gennadio de Eccles, dogmatibus
cap. 12. Nelcio an abihis diversi fint Proclianitæ de quibus Auctor.
Prædestinatic.LX. licet illos à Proclino ** nomen air accepille.
- Dicunt ift DEi Eilum fit porsuffe in sentis, ficus Rophaelem Angelum ant Ga-
brielem, non carne affumta sed visa. Alia funt qua Proclianitis Phila-
* Confer Stephanum le Moyne ad Varia sacra p. 939, seq.
** Proclini alterius, Platonici mentio agud Porphyrium in Plotini vita.
and and and a starouter néticio send corbinatinu in clotini Aita

458°

1

Digitized by Google

小山村 下口 1

VARU.

frius c. 56. tribuit, faciens cos discipulos Seleuci & Hermiz (qv
Auto (unt discipuli hormo out Desclimina
appellantur & Hermiotila, Addunt etiam diversos errores, docenses and
in Ezechiele Propheta 2) scripeum est de guatuor animalibus, quod Leo
HEM TECENCELLE PATEDOTHY, D) THILLEN ACAUSTICHUM ACUST
bominem pero piissimorum tenere similitudinem arbitrantur. Hi Sapientia
libro utuntur Siracb illius C) qui scripsic post Salomonem, id est post multa
tempor A librum unum Sapientie. CHriftum autem in carne venife neg antes
d) resurrectionem, & judicium non sperantes, de virgine natum eum non
credentes, qui in locis C) Galatia commorantur, & ut vulpes latitantes,
plurimos depredantur, sicut Solomon testatus est dicens: f) Prendite no-
bis vulpes minimas, exterminantes vineam Domini Salvatoris,
Proclus Pompejanus, patria Naucratites, Athenis eloqventiam profef-
fus, Adriani Sophiftæ discipulus præceptor Philostrati, qvi plura
de corefert lib.II. Sophistarum p. 602. edit. præclaræ desidera-
fillimi Licarii Dolfri – Eilisdem Lirationem
Tas Tes Tadevortas Agring memorat in Hippodromi vite
τας τές παιδέυοντας Αθήνησι memorat in Hippodromi vita pag. 616. leq. Hippiam & Gorgiam imitari, five Ιππιάζοντι & Γοργιά-
Covri similis este in dicendo suit visus. Memoria vi quantumvis
nonagenarius miranda polluit, hac in parte vel par Simonidi
vel etiam superior. Si qvis semel drachmas centum persolvisset,
semper huic eum quandocunque vellet auscultare dicentem,
integrum erat.
Proclus Philosophus Thalmudicis scriptoribus memoratus articit
qvi Gamalielem in Urbe Acco in balneo Veneris
lavantem reprehendit. Tractatus Avodah Sarah in opere
Mishnico Surenhusiano Tom. IV. pag 375.
Proclus Pompejanus, supra in Naucratita.
Proclus prafettus Urbi sub Theodosio Magno, atque anno ejus decimo
capite plexus. Hunc celebrat Epigramma qvod Græce & Latine
Mmm 2 fer-
a) Ezech. I. s. feq. Confer B. Jac. Thomasii Przfationes p. 385, feq.
b) Ita legendum puto pro Pafterum, ac per Parthos intelligo Persas.
c) Libro Sirachidis titulum oodiac tribui à multis veteribus notavit Cotelerius ad Clementis Romani Epift, T. I. Petrum Apoftol, p. 178, feg. Non nimus conflatetiam Ecclefiaffices

Romani Epift. T. I. Patrum Apostol. p. 178. leq. Non nimus constat esiam Ecclesiafticos scriptores passim usos Siracidis libro, ut hoc harcsibus Proclianorum addi à Philastrio non esser necesse.

d) Hoc unum de Proclianis sepetit Augustinus c. 60. Proclianita secuti sunt istos (Seleucianos & Hermianos) & addiderunt, Christum non in carne venisse.

e) Nazianzenus Orat, XIV. p. 221. μα) ή Φρυγών είς έτι μανία τελέντων τε μαι τελεμένων, μικρύ τοις παλαμοίς παραπλήσια. Και ή ΓΑΛΑΤΩΝ άνοια &C. f) Cantic. II, 15.



fervatum CPoli in ftylobata obelifci in hippodromo prope Sophiz templum. Grzcum exftat etiam in Anthologia L4.c.17. Latine apudBondelmontium, fed& Gyllium in defcriptioneCPoleos II. 1 Gruteri Infcript p. CLXXXV. 6. Georgium Doufam in ItinereCPol. p. 38. Jac. Sponium itineris fui p. 46. Athan. Kircherum T. 3. Oedipi p. 308. Francifcum Junium † Catalogo pictorum. p. 182. Garolum du Freſne in CPoli Chriftiana p. 105. & Anfelmum Bandurium lib. VII. Antiqv. CPol. pag. 182. Mihifatisjam erit Grzci Epigrammatis Latinam verfionem apponere qvam. fecit Vir fummus Hugo Grotius przcipue qvoniam apud Junium inemendata legitur :

Strata jacebat bumi quondam quadra forma columna, Theudofii juffu Principis, aree Procli

(Quippe nefas aliis) moles furrexit in altum Intra ter decies tanta duosque dies.

Aliam Latinus Latinius edidit in confideratione septima ad obelise cos Mich Mercati :

Pondus bumi aternam quadrata mole columnam

Theudofius princeps munus ut erigere eft

Aufus, mandavit Proclo', tantamque columnam

Terdecima erettam luxque secunda dedit.

Proclus Preculeins, vide in Laodicenfi.

Proclus Quintillianus Procos. Afiz fubDecio.ChroniconPafchalep. 270. Proclus Rheginus, Medicus fecta Methodicus, cujus mentio apud Galenum in introductione.

Proclus Siccenfis. Vide supra, in Eutychio Proclo.

Proclus Torpacion. Tertullianus Libro ad Scapulam cap. IV. Ipfe etiam Severus pater Antonini, Christianorum memor fuit. Nam & Prosulum Christianorum, qui Torpacion cognominabatur, Eubodea procuratorem, qui eum per oleum aliquando curaverat, requisivit, & in palatio suo babuit usque ad mortem ejus: quem & Antoninus optime noverat, latte Christiano educatus. Putant Viri Clarissimi hunc Proculum Christianum eum esse, cujus meminit Capitolinus in Marco, & Eutychium Græce idem esse Afris Tobracon, five Topracon, quomodo rescribi volunt apud Tertullianum : Eubodia autem Procuratorem Interpretantur, The svodiae diouxyrny, quod Itinerarifin Orbe

1 Junius Proclum illum haber pro Méchanico & artifice. Sed tali epigrammate potins mos celebrare præfectum qui obelifei excitandi curam habuit , quam artificem qui hoc est executus, licet de artifice Grotius stiam accipere maluit.



VARIL

Orbe Romano Rationarius effet ab Imperatore Marco constiturus, ut honeftam functionem fine inuidia, & incommodo, periculoque, obtineret. Qyapropter etiam Capitolinus factum affirmat fuisse Proconfulem, videlicet honorarium, itineris Sed ista ab eruditis viris nullo auctore afferuncurandi caulla. tur. Non negamus aliqvando Procuratores appellari Provinciarum Przfides, fed ItinerariiRationarium & Procuratorem appellari Precenfulem nobis plane novuum, & hactenus non lectum, non auditum fuit. Appellatur igitur ifte Proculus Eubodia Procurator, qvia Eubodia feminæ fatis noté illo feculo res procurabat, & administrabat: tantum abest, ut sit Proculus ille Marci in Grammaticis præceptor, qvem in tantum gratus Imperator dilexit, utusqve ad Proconfulatum provexerit oneribus in fe receptis. Eulodia nomen feminæ elle constat ex hac Inscriptione, qvæ Romæ visitur in monte Caballo, & legitur apud Gruterum:

D. M. HERMES EUHODIÆ CONIUGI SUÆ BENE MERENTI.

Etforte Eubodia hæc Tertulliani, erat filia Eubodi, Imperatoris Severi Liberti, qvi fuit reoDeús, ut appellat Dio, Antonini filii Severl. Libertum autemExbodiaProculum hunc fuisse fuspicor, &abExbodia patrona rebus fuis administrandis procurandis admotum: Qvi ut puto, servitutem serviebat, alipilarii munus implebat; unde ei cognomen Dropacion: ita enim nobis rescribendum videtur apud Tertullianum. Eft enim in veteribus Lexicis, Alipitarius, Sporra-Russig. Lævabant enim unguento dropace, Hae ad illum Tertulliani locum vir doctifumus Samuel Petitus commentario ad Leges Atticas p.301. fq. Proclus qui contra Valentinianos fcripfit. Tertull. cap. 5. contra Valentinianos : at Justinus Philosophus & Mareyr , ut Miltiades Ecclefiarum Sophifta, ut Irenaus omnium doctrinarum curiofifimus explorator, ut Proclus noster, virginis senette & Christiana eloquentia dignisas. Incertum, idemne Proclus Montanista, auctor Proclianorum, à quo Tertullianum iplum ut Montanum sectaretur persuasum nonnulli suspicati sunt.

Qvanqvam idem nomen est Proclus, & Proculus, tamen nolo in Proculis coacervandis prolixior effe, itaqve libenter omitto Proculum Julium, Romuli Inter Deos recepti juratum testem, Liv. I. 16. Plutarch. qvzR. Rom, &c. Proculum Tyrannum (Probitempore) de

de qvo Vopilcus: nun Conlules Proculum Virginium Lutilum A. U. C. 267. Proculum Geganium Macerinum A. 313. C. Plautium Proculum A. 305. P. Plautium Proculum A. 427. Q. Aradium Rufinum. Valerium Proculum A. 340. Alii Proculi illustres vel apud unum Tacitum celebrantur septem vel octo, atqve in veteribus Inscriptionibus innumeri.

Notum est ex Plutarchi Coriolano p. 218. Proclos à Romanis dictos qui absente sive procul versante Patre nati estent. ένώς δε συντυχία γενέσεως μέχει νῶν καλδσι, Πρόκλον μέν ἐαν αποδημῶντῶν πατρος γενήσεται, και Πόω μου αν τεθνηκότῶν. Vet. gloss Prosulus τη λέγονος. Festus: Proculum inter cognomina cum dicunt qui natus est patre peregrimante à patriaprocul. Proculos sunt qui credantes des dictos, quia quiribus stations, quasi procul progressi atatemati sunt.

Aliud homen Procles, קאגעם ; qvo fuit unus Aristotelis gener, (Pythiadis secundus maritus) & alter generi filius Patri cognominis, qvi Philosophiæ apud Theophrastum dedit operam. Vide Sextum Empiricum contra Grammaticos pag. 51,

Procli, nostro juniores.

- Proclus overpone ing qvi Anastasii Imp. mortem prædixit teste Theophane p. 140. Cedreno p. 298. & auctore Chronici Palchalis p. 331. cui φιλότοφ G. Aσιανός appellatur. Idem Proclus eft qvem Jo. Zonaras lib.14, Annal. p. 55. narrat Archimedis exemplo claffem Vitaliani Thracis, tyrannidem adversus Anastasium affectantis incendisse ope speculorum ustoriorum ex ære fabricatorum. Káτοπτες γας άδεται χαλκέυσαι πυςοφόες ό Πεόκλ και όκ τῦ τέχες ταυτα απαιωρήσαι κατέναντι των πολεμίων νεών, τέτοις των ήλιακών ακτίνων προςβαλωσῶν πῦρ ἀκῆθεν ἀκκερουνδοθαι καταΦλέγον τον νή-The Two cravtices spaties, regitas vias autas. Non speculorum ope fed vivi fulphuris id peregiffe Proclum legas in Chronico Joannis Malalæ T. 2. p.121. Qvemadmodum autem Proclum hunc cum Proclo Lycio Philosopho, ita Marianum præfectum Christianum cum Marino Procli Philolophi discipulo Ethnico confuderunt jam dicti scriptores, ansamqve errandi dedere Lambecio, l.VII. p.46.fq. 404.feq. ut prolixius expolui pridem in prolegomenis ad Vitam Procli Lycii à Marino scriptam.
- Proclus Pauli Byz. filius, JCtus & Qvæftor Juftini Imp. de qvo Theophanes cui avng συνετος και αγχίνες dicitur, tumProcopius lib. 1. de bello Persico c, 11.& ex eo Svidas inΠρόκλ@., è recentioribus V.C. An-

Anselmus Bandurius ad Antiqvitates' CPol p.839.840.82 Nic. Alemannus ad Procopii Anecdota pag. 102. edit. Regiz. Inhujus Brocli statuam Epigramma in Anthologia Hb. 1V. p.433.

> ΠρόκλΟ έγῶ Πάυλε, ΒυζάντιΟ, ὃν περλδῶμα Τηλεθάοντα δίκης βασιλήιΟ ήρπασεν ἀυλη ^{*}ΟΦρ' ἐην τόμα πιτον ἐρωθενέΟ βασιλήΟ. Αγγέλλει δ' σγε χάλκιζς όσον γέρας ές να ἀέθλων, Καὶ τὰ μὲν ἐκελά πάντα και ὑιἕι και γενετήρι, 'Ἐνδ ὑπάτων ξάβδοισι πᾶις νίκησε τοκήα.

Paulus Procli Pater Conful fuit A. C. 512. Ejus nomen infastis non occurrit, & tamen ait Poëta patrem à filio fascium Consulatium numero superatum. Nimirum sepius hic Consulatum gessit honorarium sive codicillarem, licet Consul ordinarius nunqvamfuerit. Vide Clariss. Vide Clariss. Vettium Proclum, qvi cum Julio Lupo Consul memoratur apud Gruterum p.MLXXI. 4. frustra qværes in fastis.

PROCLI LyciiPræceptores præter Plus arebum Atheniensem & Syrianum (de qvo supra) Orion Grammaticus, ex Philosophis Peripateticis Olympiodorus, ex Mathematicis Hero, In eloquentia Lachares.

Condiscipuli, Nicolaus Lycius, Archiadas, Domninus Syrus, Auditores Heliodorus & Ammonius Hermiz filii, Hie-& Hermias. rius Plutarchi, Asclepiodotus, Zenodotus, Severianus, Pamprepius, Ulpianus Gazzus, Hegias. Pracipue vero MARINUS, qvi Proclo in cathedra Athenienfi fucceffit, patriam communem habens cum S. Jufino Martyre * Flaviam Neapolin Samariz five Palzstinz prope montem Garizim. Marino deinde successit Isidorus qvi & ipse Proclum audiverat, & postea reculante Hegia locum Marini obtinuit. Marinum qvoq; audivit Agapius teste Svida, Ammonium Simplicius, Afclepius Trallianus & Joannes Philoponus, Ifidoro deinde fucceffit Damascius Damascenus qui vitam Isidori Magistri sui scripsit, ex qua infignia excerpta leguntur apud Photium Cod, 242. Illam vitam duplo auctiorem editurum se promisit Valesius p.86. ad Socratem. De vita Proclià Marino scripta jam dictum: de meodeweine Marini qvæ itidem extatad dataGeometricaEuclidis, vide qvæ notavi lib.3. c. 14. S.II. In illa laudat Marinus Pappi ad eadem data commentarium, Euclidis XIII, lib. elementor. Phænomena, Musica & Optica, Archimedem de helice, Apollonium Pergaum ev Ty meet veurewy ray ev Ty xa Jons meay-

Pyide Ez, Spanhemium difl. IX. de nfu & przftantia numifm. edit. in 4. Henricum Noris diff. V. de Epochis Syro Macedonum, & Jo; Hardufnum in numis antiqvis populorum & Urbium illustrativ. marina, Diodorum, Serenum, & Claudium Ptolemzum. De Marini fcriptis deperditis non repetam qvz ex Svida & Damascio apud Phot. pridem notavi in prolegomenis ad Procli vitam qvam versibus etiam scripsifie Marinum Svidas testatur, similiter ut Photius Cod. 168. aucor est Basilium Seleuciensem S. Theclz vitam, versibus & prosa compoluisse. Sed versibus scripta Procli vita, similiter ut illa Theclz pridem intercidit, prosaria utraque tulit ztatem.

Marini alii.

Marini nomen Dominum Syris fignificat, ut conflat vel ex Philonis Judæi libro in Flaceum, & frequens admodum fuiffe in Oriente reperitur.

Marinus Aplilienlis, cujus meminit Theophanes in Leone Ilauro: præfectus Prætorio gvem apud Leonem plutimum potuisse testatur, sed tangvam injustum perskring it Cyrillus

Scythopolitanus in vita S, Sabz. Coteler. 111. monument p. 304.

Marinus ab Aqvis Tabilitanis in Numidia, traditor, cujus mentionem facitOptatus de fobisomate Donatiftar.

Marinus Arelatenlis, eidem Optato memoratus, qvi Concilio Arelatenli A C 314. przfuit, Marinus Arianus ex Thracia accerlitus & A. C. 386 Demophili mortui in locum Epilcopus

ab Arianis CPoli conflitutus. Socr. V. 23 & Svid. in Aperatoi. Marinus Ariminenfus Diaconus fub qvarti fæculi finem. Vide Tillemont. T. VI. memor. p. 785. Marinus Bardefanifta contra qvem difputat Origenes five qvisqvis auctor in dialogis com-

tra Marcionitas,

Marinus Beryti Episcopus, Evage III 23. Hift.

Marinus Dux Thraciarum copiarumapud Nicephorum CPol. in breviario f. 17.

Marinus in Gallia Epifcopus, cujus mentio in Conftantini M. Epift. apud Bufebium X. 1. p. 391. Marinus ad qvem Eufebius foripfit. Vide T.VI. hujus Bibl. p. 99.

julius Marinus Tacito memoratus VI, Annal. 10.

Marinus Medicus cujus libros XX. arerosanar Galenus ait fe IV. fibrorum compendie complexum, de libris propr. Jonfio judice is fuit PothumiusMarinus cujusPlinius X.6. Epift meminit. Sed Dan. Clericus Galeno memoratum putatPoftumiiMarini patrem.

Vide Dan Clerici part. 3 Hiftoriæ Medicinæ lib. s. c. t. p.70. & c 3. p. 10s. Marinus Ncapolitan. qvem memorat Pfeudo Ignatius Epiftola ad Mariam Caftabalitidem. MarinusNeapolit.MagifterMılitnm fub AlexioComneno, Cangius p 39s. ad Alexiadem. Poftumius Marinus. Vide fupra in Medico.

Marinus five ut à Juftiniano & Zonara vocatur Marianus Syrus, Præfectus Prætorio fub Aaaftafio Imp.qvem cum Marino Procli Philofophi difcipulo videtur confundere Jo.Malala. Vide Valefium ad Evagrii III 42. Svidam in Avasáos G.

Marinus Senator & Martyr, cujus memoriam recolunt Menologia Gracorum 16, Dec. De hoc & altero Martyre quem celebrant 18, Octobr vide Acta Sanctor, T. s. Mart.p.755.

Nunc ad PROCLUM Lycium ut revertar, scripta ejus commemoraturus, anteqvam hoc faciam cum Lectore communicabo nonnulla ipsius hactenus inedita ex Codice MS. qvem Bibliothecz Joh. hujus Urbis, patriz suz, legavit vir sumus Lucas Holstenius. Versio inculta fateor & tantum non barbara, sed ex qva Grzez linguz & Philosophiz Platonicz peritis pulchras sententias auctoris perspicerenec dificile, ut confido, erit nec injucundum. PRO-

DE PROVIDENTIA ET FATO.

46e

con-

Digitized by Goog

PROCLI LYCII De Providentia & Fato, & eo qvod in nobis, ad THEODORUM Mechanicum.

Guilelmo de Morbeka, Archi Ep. Corinthi interpret.

I.

Onceptus qvidem tuz animz, o amice Theodore, maturos effe puto & congruos viro amanti Entia speculari : Etacceptavi, qvod & ad nos putasti oportere de jis scribere, & multis apud vos entibus potentibus conqvirere & condubitare tibi circa talia problemata. Oportet autem & nos, ut videtur, apparentia de iis qvæ milisti infinuare qvæcunqve rebusqve æstimamus confonare, & gloriofiffimis antecedentium Philofophorum, & non vane audire qualitiones tuas, Viri utique optimi in Mechanicis & nobis olim noti, sicut zstimo & ipse scripsisti, Qværis autem millesies dicta quidem & neque requiem habitura unquam secundum meam opinionem, eo que danima provocetur ad id quod circa ipfam confistit negotium, cum dederit jam multas directiones, & ab illis Plotinicis & Jamblichicis elaborata & ante hos à Divino Platone (cripta, &, finon grave dicere, & ante hunc'a Theologis præconifata, maniaco ore dicentibus, qualia solus demonstrationibus Plato explicuit. Et qvid oportet Platonem & divina sapientes tibi producere? Sed & ipfis Diis qvæ fui ipforum fapienter fcientibus, & qvæ & qvalia post seipsos egenuerunt differenter elucidata, & non cum anigmatibusficut Theologis. Oportet igitur & nos confequenter illis scribentes, ut dixi infinuare tibi de iis qvæinterrogas,

II. Patienti dignum indulgentia, li adipiciens ad rerum, humanarum omnimodas tragicas & comicas aliasve connexiones, unum relidere conditorem & factorem talium colligationum in, universo solum zstimasti, & hunc fatum vocasti, magis autem esquiv id est connexionem funium iplum & consequentem generationem.

Nnn

Libri V. Pars 45

466 VERSIO ANTIQVA LIBRI PROCLI Lib. V. cap. 26.

conductam fatum ponens ab aliqva utiqve neceffitate inevitabili talem dramaturgiam, idelt operationem dirigi folus putasti, & hane providentiam hymnizasti, & folummodo avrežériov, id est liberi arbitrii existere & Dominam omnium. Humanæ autem animæ vulgàtum avrežériov, nomen solumeste, & ut vere nihil ordinata ipsa in Mundo & serviente aliorum actionibus, & existente parte mundialis operis, magis autem ut tuis verbis assequents dicam, mechanica facientem qvidem este irrefragabilem causam omnia moventem qvæcunqve mundus iste comprehendens in se ipso habet: Mechanemate autem uno qvass ente universo, tympanis qvidamimplicatas proportionaliter totas este sphæras; is autem qvæ ab iss moventur partialia animalia & animas, & omnia ab uno dependere movente, & forte tuimet artem honorans & hæcæstimassii, ut & universi factor Mechanicus qvidam st., & tu imitator optimi causarum. Sed hos qvidem cum studio ludum comminiscentes serissimus.

III. Ad ipfum jam agonem verfi dicamus, qvod trium horum maxime est tibi considerandum differentiam, si debeas ad januam venire qvæsitorum. Qvorum primum qvidem eft, Providentiam & Fatum non hac differre qua scripsifiti, hoc quidem connexam confequentiam, hanc autem necessitatem hujus caufam; fed ambo gyidem caulas Mundi & corum gyæin Mundo fiunt, effe, præexistere autem Providentiam Fato, & omnia gvidem gvæcungve fiunt secundum Fatum, multo prius à Providentia fieri, contrarium autem non jam verum esse, summa enim totorum à Providentia. recta, effe diviniora Fato. Secundum autem, aliam gvidem effe animam separabilem à corpore, & devenientem in hunc mortalem locum desuper aliunde à Diis: aliam autem esse qvæ in corporibus, conlistentem & inseparabilem à subjectis, & hanc gvidem dependere à Fato, illam autem à Providentia secundum sui ipsius substantiam, Tertium autem, scientiam & Veritatem aliam gvidem inexistere animabus in generatione versis, qvamvis sint immaculata secundum vitam: aliam autem refugientibus ex hoc loco, & factis ibi & locatis, unde prius casus & qvi in hunc mortalem locum descensus. Horum igitur trium, ficur diximus, fi sufficienter invenies solutiones, omnium tibi manifesta erit solutio de qvibus qvæsivisti. Providentia qvidem enim dicto modo differente à Fato, palam erit qvaliter diffugiunt multa Fatum, Providentiam autem nihil : & qvaliter de-, super

DE PROVID, ET FATO AD' THEODORUM MECH. 467

super Providentia Fatum gubernat, qvod ipla produxit, separavit cius epistaliam id est superstationem usque ad ab altero mobilia, aut ad fortita in ab altero mobilibus primam fublistentiam : anima autem rursum ostensa alia esse a que à corporibus separabili, & alia ca que in corporibus plantata; manifestum fiet tibi, gvæ gvidem, gvæ av-Tefériov id eft libertatem arbitrii habet & ro qvod in nobis; qvæ autem qvæ necessitati servit & sub Fato ducitur, & ubi-horum complicatio, propter qvam hæc qvidem hebetat raureger vor propter deteriorem vitam; hæc autem participat aliqvo idolo electionis propter meliorem vicinitatem ipli animam. Scientia autem tibi duplici apparente, evidens erit qualiter & Plato & Socrates, addatur autem iis & magnus Parmenides, & hic animam entem ajunt cognoscere veritatem, purgatam à materiali tenebra & à paffionihus quascunqve ipfi corpus & qvæ ad hæc commixtio intulit, & majori modo & fincerius exterente lcientia lortiri factam extra corpora & extra generationem & materiam amaram.

XXXVI. Sed erat ut videtur verum, uno inconveniente, dato alia accidere, qvod utiqve & ipfe pati mihi videris. Fatum enim præftituens animæ, coordinafti ipfam irrationalibus fenfibus: iis autem conductis in idem, debili commifcuifti bonum. Oportet autem & priora & hoc ab anima ejicere, ut non lateamus nihil differens dantes hominibus aut brutis animalibus, qvorum vita qvidem inconvertibilis ad feipfam, curvatur autem in terram natura, paffionibus autem materialibus commaffata eft cognitio. Et hæc etiam Platone adamantinis ut eft dicere, explicante fermonibus. Qvod ergo bonum non eft, non eft delectabile idem, neq; fi omnes boves hanc proferant fententiam. Non enim nos effe boum delatores fed Deorum, apud qvos obtinet intellectus, & qvod Entis bonum qvod & ipfo intellectudivinius eft. Hæc & in Gorgia accepta, & in Philebo, & in. Politia, fuperfluum exiftimo per hæc fcripta rurfum evidenter fcripta fabulari.

XXXVII. Hoc autem apponam dictis, qvod boni qvidem investigationem non permiscendum delectabili, (non sic nos petulantia delectationis faciat desipere) humanorum autem & legalium & præparationum omnimodas divetssates referendum ad diversas animarum vitas rationales, iracundas, concupiscitivas, ab iis enim illæ pullulant; non enim à quercu ajunt neque à petra. * Sed hos qvidem multorum capitum bestia persvasit talia lege statuere qvalia Perfas, alios autem leoninum animæ in aliud transposuit qvalia Thraces: aliis

Digitized by Google

* ב yele and devos. Quers, 38 and netens.

DE PROVIDENTIA ET FATO AD THEOD, MECH. 489

aliis autem prævalet ratio in legalibus & vere bonis. Et delectabile qvidem omnibus commune. Omni enim delectabile præfens qvod appetibile, bonum autem non omnibus, fed in qvibus præfidet Ratio. Non enim vident paffiones bonum, fed fola hæc. Et huic qvidem delectabile & bonum idem, paffionibus autem cæcis nondedit conditura, boni investigationem, fed delectabilis, unaqvæqve enim vitæspecies inimpedite mota delectatur. Qvare legalia. qvidem multa, & delectabilia omnimoda, & aliis alia: bonum autem apud illos folos, in qvibus ratio prævalet passionibus. Nonenim concupiscentiæ dandum principatum, ut non asinis idem patiamur, Neqve furoribus, ut non leonibus: sed ei qvod in nobis optimo, & qvod folum sumus, aut secundum qvod maxime sumus. Etenim omnibus ex pluribus entibus, deterioribus & melioribus secundum melius esse. Nam qvod melius, conjecturat boni natura.

XXXVIII. Sed qvæ posthæc scribis dubitans, videris utiqve mihi in multis locis audiens Socratem dicentem nihil scire, & dicentes omnia scire deridentem, & adhuc nos abscedentes hinc verum maxime cognoscere extendentem & certiores scientias neqveipsa scientias entes arguentem, dubitare ne forte neqve totaliter sit cognoscere verum, sed solum somniare circa ipsum. Et qvidemoportebat cointelligere, sinon est cognoscere Verum, non magis si est $\tau \delta$ in nobis, nescimus, qvam si non est: ignorantia enim amborum similiter positionem recusat. Qvomodo igitur ad ostensionemejus qvod non in nobis, utimur ignorantia Veritatis? Ignorantia ad essente.

XXXIX. Sed ut nihil tale patiamur, nos prædivilimus cognitiones omnes: & qvibus hic anima participare poteft, & qvibus fupremum fumens ordinem, qvas has qvidem habens Socrates, has autem sperans se habiturum absolutus à corpore, illucait perveniens fcire Verum. Metra enim alia, & alia cognitionis entia exhibuerunt ipsi occasionem talis spei. Qvoniam & hæc significatorum solitudinefunt Platonis amicis, si non solum purgative, sed & speculative possibile est vivere animam: circumferentem grossum hoc vinculum, & mediocriter, ut æstimo, discussione fortitus est sermo, qvod forte-

Qgq

Libri V. Pars 4,

fpe-

VERSIO ANTIQVA LIBRI PROCLI Lib. V. cap. 26.

fpeculari qvidem & hic possibile, ut eum qvi in Theetyto * coryphæum de Cælo astronomizantem, & omnem entium naturam omniqvaqve perscrutantem, & cos qvi in Politeia phylacas usqve ad Bonum per dialecticam illam ascendentes, qvam Deryxov mathematibus instituit, speculativum autem rurssum fieri perfecte impossibile, propter causa qvas iple in Phædone docet, corporis occupationes & molestationes, non sinentes sine impedimento & indistractam in nobis sieri operationem illam. Vitæ enim est ros speculativum, nomen operationis autem speculatio & Unius.

XL. Et etiam qvando Mathematicas scientias hoc ipsumnon permittit vocare scientias, hon tanqvam demonstrationum necessitatem ipsa habere negans dicit hæc aliqvaliter, sed tanqvam à suprema scientiarum deficientes determinat. Et cur enim non oportet dicere plane à Dialectica, qvæ non adhuc punctum aut Monadem hanc, sed ipsum τ ò Bonum principium ponit, & omnium principia considerat. Unde, utæstimo, & mathematibus qvidem in decisione lineæ secundam assignat partem, in materialibus autem omniqvaqve & separatis speciebus eam qvæ ante has & cognitionem instituit, iis qvidem eam qvæ ex suppositione, iis autem qvæ sine suppositione: hanc autem ergo & qvi Epinomida composuit. Olim enim nobis hæc pigritia coëgit & indicium & sententiam colligationem vocavit Mathematum, tanqvam unientem illorum omnium principium.

XLI. Si autem utiqve & nihil scire Socrati promtum, & Pythis responsum propter hoc ipsum sapientifimum omnium protulit, ut iple imponit responsum, considera profundum & DEi & Socratis, qvomodo utiqve vonihil scire solum dicit excellens bonum existere, fed non scientem & hoc scire gvod non novit. Hoc qvidem enim videturesse præopere ** futuris sapientibus. Secundum veritatem autem in idem tendit sapientiæ, & sapiens enter elt qvi Ŧ novit seiplum enter non sapientem, & non ignorans qvod non novit. Cujus enim alterius est nosse non scientem unumqvemqve qvam cognoscentis? & scientem oportet enim utiqve & ipsum nosse perfecte qvod non novit; sigvidem non scientem se ipsum sciet : hoc enim ignorans, neqve finovit ignorabit utiqve. Qvare nullus utiq; feiplum prius non feientem cognoseet perfecte, antequam feientem

* Theateto.

490

** *πεέργ*ε.

1 CrTus.

CO-

DE PROVID, ET FATO AD Theodor, Mechanicum. 491

cognofcat, tunc enim & qvod novit fimul, & qvæ non novit fciet, & gvod novit cognolcet & gvod non novit, mediam habens notitiam & folummodo fcientiam, & corum qvi non totaliter, qvorum hoc qvidem est intellectus, hoc autem sensus, hic qvidem neqve totali. ter sciens Veritatem, qvia neqve substantiam novit, neqve ipsam. sensibilium quorum esse fingitur cognitio : hic autem ipsam Entis fubstantiam immediate sciens, & ipsam Entis entem Veritatem.

XLII. Media autem horum ens anima & novit substantias entium, tangvam ante fenfum ens, & non novit tangvam post intelle-Sapiens ergo quis factus cognolicet & quod novit sciens, ctumens. ·& qvod non novit sciens, tantum amiee Socrati & responso de ea qvz ut vere sapientia competens. Neqve ergo propter Mathematicas scientias à prima scientia distinctas, neque propter spem ut vere cognitionis post separationem ab hine, neque propter Pythii responlum, exterminare oportet eas que de scientia rationes. Plato enim est ipse qui clamat, quod utique interimentem scientiam de nullo neque de contingente adhuc affirmare possibile. Sed qvam qvidem scientiam sumet utique anima & cum corpore ens, & quam erepta à vinculo, & quas quidem cognitiones fimul & non scientias este po-Unamautemeam, qvæut vere scientiam & intellectum sciennet. tia meliorem & intellectu divinificam intelligentiam, & hanc effe cognitionem quam anima phantalians & in hac vita accipere non potens desiderat eum qui à corpore exitum, tanquam ibi sortitura. supernaturali hac & divinali entium comprehensione. De iis qvidem igitur latis.

XLIII. Confequenter autem iis que diximus dubitas, Cur utiqve boni qvidem deterius agunt, peccantes à finibus qvos præftituerunt; mali autem fortiuntur ea qvæ appetunt? Tu qvidem itaqve & hoc existimas effe argumentum hujus, qvod non sit roin nobis. Et qvidem licet & aliis melioratis fecundum dubitationem dicere, qvod fiejus qvod non sit ro in nobis, est argumentum hoc, qvod non secundum intellectum eveniunt bonis negotia ; & ejus quod fit hac qvod secundum spem malorum ipsa fiunt, idem argumentum erit. Melius autem non oppugnative fermoni adjicere, sed ostendere tibi tantum, qvod dubitationem hanc non ad interemtionem ejus qvod in nobis, novi antiquos proponentes, sed ad inquisitionem Providen-Qqq 2

Digitized by GOOGLE

492 VER SIO ANTIQVA LIBRI PROCLI Lib. V. cap. 26.

dentiæ. Et magis perfeveranter agonizantes, ad ipfum Plotinum illum, Jamblichum, æqvivocum tibi. * Etenimenter concutit de Providentia nostras invictas præacceptiones fortunalium rerum inexspectata illatio, & intellectuali inspectione indiget negotium, fi debeat qvis occursor à dubitatione ista falvatus committere Providentiæ omne. Novi qvidem igitur, ut dixi, non ad interemtionemejus qvod in nobis, sed Providentiæ hæc dubitata prioribus.

XLIV. Qvod autem & hzc, non multo opus eft argumento, ficut ejus quod non fit to in nobis, fed quod fit, magis addifcemus, illud cointelligentes. Qvod ergo nullius nobis dominis entibus, neq; electivam vitam habentibus'à seipsis, neqve bonis neqve malis à nobis entibus, fed plasmatis aliunde, non adhuc locum habet dubitare de eventibus, entibus aliunde malis aut bonis, tanqvam præter dignitatem evenientibus. Si enim non seipsos tales effecerunt, neque utique retribui utrisque oportebit pro vita, neque totaliter debebitur aliqvid iis qvi non sunt causa vitæ qvam habent. Qvare si præter dignitatem retributio fortunalium, ipli vitarum utiqve erunt caula, gvorum dignitate in distributis ab universo sortiri volunt : qvoniam & omnium corum qvæ circa nos, non in iis qvæ à totis habemús, exigimus rétributiones habere, sed in qvibuscunqve aliqvid cooperabi-Si ergo non est ro in nobis, nihil habemus à nobis, ·mur. Si hoc, neque expetemus retributiones corum quæ aliunde in nos veniunt. Si hoc, neque eam que præter dignitatem distributionem eventuum. causabimus.

XLV. Si ergo non est τ_{∂} in nobis, non oportet qværereqvomodo præter dignitatem boni qvidam à finibus peccant, mali autem obtinent. Sed ente eo qvod innobis, & Providentia omnium obtinente, & tibi adducentes persvasionem post violentiam dicemus. Qvomodo ergo? non enim erat τ_{∂} in nobis corum qvæ extra, dominans, sed cooperans. Qvare merito, qvæ qvidem intus, secundum sui ipsius disponit potentiam, qvæ autem extra, non adhuc, indigens & aliis ad illorum dispositionem, non in ipso jacentibus. Et ego valde lætor ad tales dubitationes, videns generosum adventitium, qvi sæ pibeo non confundere qvæ in nobis cum iis qvæ non in nobis: neqve sic habere de iis qvæ non in nobis, tanqvam ipsa fieri omnino, ut non & facta difficulter feramus. Nunc autem tanqvam & illis afse site site site secondaria secondaria

• Theodorum Alinzum,

DEPROVID. ET FATO AD THEODORUM MECHAN. 493

feqvi iis, qvæ in nobis, debentibus, dubitatio accidit non factis, & fupponentibus nobis ut bona qvæ non bona, & fieri qværentibus. Melius autem erat, qvæ qvidem in nobis enter entia & qværere femper & acqvirere fibi iplis, qvæ autem extra & non in nobis, relinqvere facientibus tanqvam Dominis & fcientibus qvæ faciunt. Ad omnia autem qvæ in nobis, præparatos effe per ea qvæ in nobis. Sed qvaliter qvidem habeat dubium ad idfqvod in nobis, oftendimus tibi per talia. Ad fermonem autem de Providentia magis utiqve aliqvid dices, ficut diximus. Et dicta funt multa ab antiqvis qvos dixi viris, & fic folvunt ipfum.

XLVI. Rursum igitur qværis, qvid to in nobis ? qvod in principio fermonum opertebat qværere. Deinde ad ipfum dubitans. Qværensautem definis hoc effe, qvød å nullo potestatum ineqve obtentum, sed & verbodicens sic, autoneeryeantor, id est ipsum circum scriptum, & durevery rov, id est ipsum operativum. Si autem hoc, & incorruptibile omnino, & potentifimum, & foli primo competens præsidi omnium entium, nobis autem ro in nobis non adhuc conveniens. Hunc itaqve terminum longe ab intelligentia. ejus qvod in nobis, qvam habentes antiqvi hoc humanis animabus attribuerunt, ego pono. Considera autem & tu ipse, qvam vera-Ubique to in nobis ad infinuntionem affumunt operationis dico. electionis, nos facientes dominos electionis & fuga, & ut alicujus bonorum aut contrariorum, Sicut enim idem dicunt electionem. & voluntatem, fed hanc qvidem effe boni folum, electionem autem. bonorumqvesimiliter & non bonorum, ficut utiqve doxnow id eftexspectationem * non bonorum : propter gvod & characterizare animamelectionem fimiliter entem amborum & competere mediæ naturz ei, qvz ad ambo vertitur. Et hoc etiam communis fama. testatur. Electiones enim horum laudamus, horum autem vitu-Malum autem omnibus involitum dicimus, & malum. peramus. videtur bonum effe eligentibus iplum, anima enim nulla cognolcens malum eligeret utiqve led fugeret. Propter ignorantiam autem studet circa ipfum : acutum qvidem amorem boni fecundum naturam / habens, alicubi autem bonum videtur impotens,

XLVII. Anima igitur habente in substantia eam qvæ ad ambo inclinationem, ro bene dico & ro male, hanc potentiam ipsius Qqq 3 electi-

* cautionem,



electivam vocaverunt, propter quam aliud præ alio nati fumus eli-Et sumes utique ex divisione definitionem talem potentiæ hugere. Ovoniam omnis potentia aut rationalis est aut irrationalis, nejus, ceffe & electionem in altero horum effe : non ens autem irrationalis, fine electione enim vivere illa omnes dicimus, rationalis utique aliqua erit potentia. Omnis autem rationalis potentia aut cognitiva est aut appetitiva, sicut & omnis irrationalis. Electio autem iplum hoc qvod dicitur electio ens & desiderium, appetitus aliqvis utiqve erit. Omnis autem appetitus aut ad solum aspicit ut vere bonum, aut ad folum apparens bonum, aut ad ambo, Electionem autem neque ad solum vere bonum respicere dicimus, non enim utique ungvam vituperaretur juste: neque ad folum apparens, non enim. utique & laudaretur sape. Ad ambo ergo nata est talis potentia...

XLVIII, Eft ergo, ut lummatim dicatur, electio potentia rationalis appetitiva bonorum verorumqve & apparentium, ducens ad ambo animam, propter qvam alcendit & delcendit, & peccat & dirigit. * Hujus potentiz operationem videntes biviam in novis vocaverunt ad ambo iplius inclinationem. Qvare erit utiq; electionale, & ro in nobis, idem. Et secundum hanc potentiam & à Divinis differimus & à mortualibus, utraq; enim sunt insusceptiva ejus qvæ ad ambo inclinationis : hæc qvidem in bonis veris solummodo locata, propter excellentiam; hæc autem in apparentibus, propter defectum, Qvoniam & hæc gvidem intellectus characterizat, hæc autem sensus: hic gvidem noster rex, hic autem nuncius : medii autem nos in electione fixi, & potentes qvidem ad ambo moveri, ubicunqve autem moyeamur, à totis obtenti ex ea qvæ secundum dignitatem sortientes; fiqvidem ad melius, ut intellectus: si autem ad deterius, ut sensus. Non ergo in omnium potestate & potentia re in nobis : qvz enim omnibus potestativa, potentia Unialis est, & propter hocomnium qvia una & Boniformis. Qvæ autem electiva, dualis, & propter hoc non omnium : qvia iis qvæ ad amboinclinationibus minorata eft ab ea qvæ ante omnia est. Fieret autemutiqve & ipsum omnium, fi non electivum impetum haberet, voluntas autem sic solum. Nam volitavita est secundum bonum, qvæ & ro in nobis facit potentissimum, & Deiformis enter existit, propter qvam & anima fit DEus, & totum mundum dispensat, ait Plato.

XLIX.

Digitized by GOOGLE

* i, e, recte agit.

494

DE PROVID, ET FATO AD THEODORUM MECH. 495

XLIX, Neqveergoprimo rd in nobis, ficut neqve ultimo. convenit, sed medio. Tu autem, ut videtur, potestatem existimasti significare ro in nobis, omnium dominantem, ducentem. omnia secundum suum impetum, obtinentem omnia QV2 desiderat, non definiens potentiam in appetibilibus, qvæ intra ipsas animas efficientibus talem eligentem animam; sed dans sibi & corum qvæ non in nobis, potentiam. Qvæ enim extra animam, non in nobis: propter qvod & commixta vita noftra ex iis qvæ non in nobis & iis qvz in nobis. Et apud studios qvidem multum τi in nobis: omnibus enimutuntur, etiamiis quæ non in nobis mensurare propter virtutem, & iis utentes, & velut in seipsis facientes semper qvod prælens ornantes. Apud multos * autem $\tau \partial$ non in nobis plus; asteqvuntur enim iis qvæ extra, non habentes intus vitam potentem iplis affimilare illa, Unde & ii qvidem liberi dicuntur effc & sunt propter operationem ejus quod in ipsis, & ejus quod non in ipfis. In fervilem autem alii vociferantur neceflitatem, confepelientes cum iis qvæ non ipsis qvod in ipsis, & omnia habentes non in iplis.

L. Super omnia colophonem dubiorum nobis appoluisti. Interrogans enim li novit DEus futurum apud nos, live non novit ? Et sigvidem non novit, nihil ipsum à nobis differre dicas, non scientibus neque iplis. Si autem novit, fore penitus hoc quod novit, & ex necessitate. Hoc autem non ro in nobis perimit solum, ut utiqve videbitur, fed & omne qvod dicitur contingens, & consvevit etiam hoc ponentibus non omnia coacta elle, & eft, ut eft dicere, millies dictum, & complicant qvidem conjunctum omnes ita. Si novit DEus omne futurum, ex necessitate erit qvod futurum. Sed ii qvidem falsum este ajunt, DEum determinate nosse omne, sed ajunt etiam ipsum indeterminari in fientibus indeterminate, ut falvent contingens. Alii autem determinatam cognitionem attribuentes DEo, admiserunt necessitatem in omnibus quæfiunt. Peripateticorum & Stoicorum hæresum sunt hæc dogmata. Plato autem & qvicunqve huic amicus, & DEum determinate scire futura, & fieri contra lecundum ipforum naturam affirmant hæc qvidem determinate, hæcautem indeterminate Eorum enim qvæ in effectis divi-

• Te's none's, vocat vulgue, quibus es enedajes opponuntur.

496 VERSIO ANTIQVA LIBRI PROCLI Lib. V, cap. 26.

divilim & lubcontrarie invicem lunt, in Diis lecundum melius folum est præacceptis.

LI. Dico autem, puta genitorum aut incorporeorum entium aut corporum, incorporalitér funt amborum caufz apud illos, & cognitio codem modo incorporea. Et iterum intellectualium & non intellectualium entium, intellectualiter ambo apud DEos & secundum. existentiam & secundum scientiam. Cognolcunt enim & qyz non intellectualia, intellectualiter. Et rursum eorum qvæ fiunt inde intemporalium aut temporalium, intemporalis locata est apud ipsos caulaqve & cognitio, Qvare, qvoniam & determinata & indeterminata quædam fiunt, secundum melius amborum, determinatam dico cognitionem horum amborum, determinatam dico cognitionem horum amborum przacceperunt. Adhuc autem, non qval eft cognoscibile talis & cognitionis species, sed quale cognoscens. Merito, neque enim cognitio in cognoscibili est, sed in cognoscente. Huicigitur similis & conformis est in quo est, non illi in quo non est. Si igitur & cognoscibile indeterminatum, sed quando determinatum eft qvod cognoscit, non propter cognitum indeterminata & cognitio, sed propter cognoscens, determinata. Etenim meliori modo est deterius cognoscere, & deteriori modo melius.

LII. Qvare qvoniam Dii omnibus meliores, meliori modo omnia præacceperunt: & hæc qvæ qvidem sunt, ante tempus qvidem qvæ fecundum tempus, ut diximus: incorporee autem corporea, immaterialiter autemmaterialia, & determinate videlicet qvz indeterminata,& ftanter inftabilia, & ingenerabiliter genita. Non igitur fi cognoscunt futurum, ex necessitate fixit huic eventum: sed huic qvidem indeterminatam ex determinato generationem dans, Diis autem determinatam indeterminati præcognitionem. Neq; enim tua fictio † tympanis & cornis ++ utens & materiis corporalibus, fi tua præcognitione corporaliter erat : sed illa qvidem incorporaliter phantalia & vitaliter habuit futuri rationem : factum autem παράπηγμα id est fixio corporaliter confixa ex non tali intrinseca cognitione. Si autem hac in tua factione, qvid utiqve dices de Deorum præcognitione, apud quam indicibile existit & entis inenarrabile nobis & incircumscriptibile, non tangvam alius modus omnium meenoxijs id est circumsidentiz & nullatenus ouyyevis congeneriis quz ab ipso fiunt, Ovare

† Fixio, παραπηγμα, altrolabium.

11 Fortaffe tornis.

DE PROVID. ET FATO AD THEODORUM MECH. 497

Qvare & cognolcunt Dii divine & intemporaliter qvæ in nobis, & nos operamur ut apti nati lumus. Et qvodcunqve eligimus, præcognitum elt apud iplos, non propter in nobis terminum, led propter eum qvi apud iplos.

LIII. Hæc tibi, o amicum caput, de ils qvæ interrogasti refpondi, potens & perse oftendere quod est ro in nobis, à laudibus & vituperationibus, à confiliis & à provocationibus aut dehortationibus, à judicatoriis & acculationibus aut defensionibus, à politica omni eruditione, à legislationibus, ab orationibus, à sacerdotalibus viis, ab ipla Philolophia. Bene enim nosti & meum institutorem dicentem szpe, qvod ro in nobis interemtum, superfluam pronunciat Philosophiam. Qvid enimerudiet, nullo ente qvi erudiatur ? Ovomodo autem crit aliqvid qvod erudiatur, non ente in nobis qvid fiamus meliores. Hac igitur iterum atqve iterum reconfiderans, fialiqvid adhuc dubitas, nullatenus patiaris ** scribere. De qvibus enimutique & congruet nos facere sermones, quam de iis, in qvibus nullus utique nos nugacitatis acculabit, facientibus disputationes. Cum autem qui ex superbia cumulum & laqueum omnem qvi ex eodem illis exercito ajunt stultiloqvium, inclino tibi non. adventitie mihi.

II. PROCLI Liber de decem dubitationibus circa Providentiam.

Περλ των δέκα πρός την πρόνοιαν απορημάτων, de decem dubitationibus circa Providentiam, liber. Meminit hujus scripti Joannes Philoponus libro 2. de Mundi æternitate adversus Proclum cap 5. aura δε ταυτα ήμων ό Πρόκλο συνομολογών Φαίνεται εν τω λόγω τω περλτών δέκα πρός την Πρόνοιαν απορημάτων. Λέγα γας εν εκάνω ταυτα. ThS on sv προνόιας ώς έρηται x. τ. λ. qvz exillo profert, leguntur in hoc libro pagina statim secunda & tertia. Exstat latine ex ejusdem Guilelmi de Morbeka verfione in Bibliotheca hujus Urbis Hamburgenfis ex legato præftantifimi Holftenii, in eodem Codice è qvo librum ad Theodorum Mechanicum ex ejusdem Gvilelmi versione exhibui, Gvilelmus, Corinthi Archiepifcopus dicitur hanc verlionem abfolville Corinthi A.C. 1280. quarto die Februarii, Arognuara illa funt Rrr

Digitized by GOOGLE

Syrianum, ** te pigeat, Libri Y, Pars 4. EXCERPTA EX LIBRO PROCLI Lib. V. cap. 26.

funt hæ decem circa Providentiam qvæstiones, qvas proponit primum deinde suo more ad Platonis fere mentem resolvit atqve explicat.

1. Num providentia ad omnia & fingula pertingat, five ut Gvilelmi interpretis verbis utar, si Providentia est omnium, totorum, partium, & usque ad individuissima calorum & eorum qua sub calo, aternorum & corruptibilium. Hocassirmat Proclus, atqve unumqvodqve singularium è rebus etiam minimis ab unius Optimi Maximi Numinis bonifica ut appellat Providentia dependere contendit. Nibil enim essugit illud unum, sive in esse dicas, sive in cognosci. Et dicitur quidem, & retile dicitur, & in tentro totus circulus esse contralite, siquidem causa centrum, caufatum autem circulus, & in unitate omnis numerus monadice propter eandemrationem. In Providentia autem uno majori modo omnia sunt, siquidem & unum majori modo illud quam centrum & monas.

2. Qvomodo contingentia præsciat DEus iisqve provideat? Respondet Proclus DEum pro perfectissima natura sua cognoscere in spermatibus suis & causis indeterminata determinate, sicut & incorporaliter & indistanter distantia & corporata. Qvam in remplura disputavit libro ad Theodorum Mechanicum cap. 50. seq.

3. Num & determinatorum & indeterminatorum fit caufa Providentia secundum idem & eodem modo? Respondet Proclus providere nihil aliud effe quam benefacere, hinc pro suo quaque modulo & ordine participare de uno illo bono, ut & ipfi unitas, & indeterminatis libertas constet. In codem capite probat providere. DEum contingentibus etiam & indeterminatis, ne illa fint velut fuperadventitia in universo, Si itaque & valune (utpote autores) providere determinate indeterminatis, & possint Dit, omnino utique & provident, E providentes cognoscunt provisorum dignitatem, Et Dii quidem exaltatim E ad omnia sui ipsorum extendentes providentiam, damones autem partientes illo. rum superexistentiam, biquidem aliorum gregalitatem acceperunt, bi autem. aliorum, ut ait ille; in ultimam confummantes partitionem, ut bi quidem bominum fint, bi autem leonum, alii autem aliorum animalium, aut plantarum prafides, & adbuc partialius, bi quidem oculi, bi autem cordis, bi vero bepatis. Omnia autem funt plena Diis, bis quidem & bis immediate providentibus, bis autemper medios Damones, ut dictum est : non illis omnibus adesse non potentibus, sed ultimis per se participare primis non potentibus.

4. Qvo-

Digitized by GOOGLE

DE DECEM DUBITATT. CIRCA PROVID.

4. Qvomodo Deorum participationes fiant, five qvomodo Dii providentes in inferiora operentur ? Respondet Proclus, pro participantium idoncitate, rationaliter in rationalibus, intellectualiter in intellettualibus, phantaftice & fenfibiliter in iis qua fec undum phantafiam aut fenfum vivunt : effentializer autem & per effe folum in bis que fine vita , effe obtinens. - - Igisur & providentia supra entia omnia secundum ipsam divinam unionem locata, S operante unam operacionem uni convenientem omne accedens partieipat, & ita ut aptum natum eft. . De oraculorum defectu ita differit, ut operatione DEi manente semper eadem, loca vel homines inidonei fint ad eam participandam, velut si facie aliqva stante, speculum ejus imaginem jam fulgidum (uscipiat, jam obscurius vel debilem vel plane nullam reddat. Sive igitur dicat quis chresteria quandoque quidem divinativis participare Diis, quandoque autem deficere inefficacia fatta, G velue anvoce i.e. fine fpiritu fecundum quoddam tempus, in boc reducendum_ caulas irregularitatis, indeficientibus (piritibus utentibus & operantibus in potentia participare ipfis femper. Nam veracia chrefteria, qua apparentibus complent Angelique & Damones, & Heroës, in quos illustrant Dii & femper entes in universo sortes, quamvis aqua aliqua & biatus terra non semper participare illis possint propter fui ipforum inftabilem naturam: five ritnum virtutes, aya Auara five imagines Introeuntes quandoque & viventia facientes & replentes Divina inspiratione, deficiunt in quibus dam periodis, Et borum defectum astimo remittere convenit ad (u|cipientia, & non ad variationem operationis Deorum inspirantium iss. Neque enim luna deficientis solem causare audenius, sed incidentiam ipsius in conum.

5. Unde & cur malum, cum fit Providentia? Refpondet Proclus duo haberi malorum genera, unum in corporibus, præter naturam: in animabus, contra rationem. Neutro autem regnum providentiæ (ut verbo interpretis utar) moleftari, fed malo huic finem effebonum, & univerfi varietatem ac perfectionem : Namomne qvod præter naturam, fieri ut aliqvid fiat eorum qvæ fecundum naturam, fed non viciflim. Atqve inter spiritus perfectiores & brutas animantes debuisse qvoqve medias interpositas esse animas, ratione simul & ira atqve concupiscentia præditas, & libertate arbitrii gaudentes.

6. Si Providentia est, cur bonis viris mala fiant, mali triumphent? Respondet, bonis tamen non deesse virtutem, virtutisqve materiam; atqve singularem illis in laudem cedere, qvod virtu-

Rrr 2

499

tem

EXCERPTA EX LIBRO PROCLI

500 ·

Lib. V. cap. 26.

tem nudam colere malint quam malitiam cum omnibus suis abundantiis. Malum non effe irritamentis carere malorum, & advería fortunz gvosdam etiam expetiffe, sapientes fortiter semper tulisse. Neave æqvum effe ut iidem omni simul genere bonorum abundent. Oportes quandam experientiam esiam malorum corum qua bic ipfis ineffe, à quibus propocate anime appetant cam que binc translationem ad illum qui extre mals locum, Multos per adversa ad majorem virtutem adductos esse, denique sola effe mala qvæ ipfi committimus non qvæ patimur. Inglorios malos omnes & inhonoratos, qvamvis myrii adulatorum iplos circumstent. Ad qvæstionem qvam huic adjungit, cur inæqvalibus æqvalia à Providentia existant secundum Arithmeticam (non Geometricam.) æqvalitatem, velut Civitate tota percunte ut fimilis fit interitus hominum diffimillimorum, bonorum malorumqve. Respondet, primo quidem quod non lecundum quod diffimiles funt, boc fimile patiuntur, fed fecundum quod fimiles civitatem candem si forte inhabitare volentes, & navem candem intrare, & commilitare cum invicem, & si quid aliud ejusdem cum iis speciei, U fic /ecundum ipfius actionem idem aliquid paffi funt. Sed /ecundum quod meliores & deteriores, diversam babent communis passionis illationem, siquidem ii impatientes, it autem mansuete ferentes perierunt. Et post separationem, bos quidem meliorum locus suscipit, bos autem qui deteriorum. Addit deinde effe qyendam ordinem & fati communis periodum à diversis principiisin eundem finem obviantem, & concurium processium, ubi compati coguntur imprincipaliores partes ex necessitate, Later etiam nos veras animarum æqvalitates.

7. Si Providentia etiam ad infima se demittit, unde tanta. fortis inbrutis animantibus inæqvalitas, mutuæ devorationes & similia? Respondet, si in illis sit aliqvid autoriumtor, causam altius qværendam: si vero corporea tantum sint, nihil referre si idem patiantur cum umbra omnimode transfigurata, atqve fato subjecta sint.

8. Qvare pœnæ polt peccata non statim subsequantur, sed infligantur polt tempus demum, & hoc interdum valde longum? Respondet, inserta nequitia radix, (sicut spinas ferens terra, essi milles excidas vascentes, similium est productiva) easdem reddit operationes non stexa punitionibus. Igitur Providentia, congruens tempus non quale placet homuncionibus, sed quale ad fanationem animarum novit proficere, expectat, ac tolerando plures erudit. Cum Diis enim, ait ille, fortunam. & tempus omnia gubernare, sive dare aliquid bonorum oporteat. fore purgare con

DE DECEM DUBITATT. CIRCA PROVIDENT. 501

trariorum. Deinde vitium sibi ipsi pæna & Außn animi gravissima. Non bonus pœnarum dispensator ira præceps. Plato servum verberaturus flagellum aliqvo tempore sublime tenere visus est, causamqve interrogatus dixit punire se sui ipsius præimpetuantem iram. Archytas ad lervos in agro qvi julla non fecerant pænamo, exspectabant, bene valete, inquit, quia irafcor. Et Theano ad fervam: fi non essen irata, verberarem utique te. Apud Ægyptios Lex erat, prægnantem, judicatatam morte dignam donec utiqve pepererit, non morti tradere. Qvid mirum Providentiam, delingventes morte digna, potentes autem parere non quasdamcunque actiones, sed egregias, confervare ad illas &c. Si Themistocles pro iis qvæ egeratjuvenis, confestim solvisset pænam, qvis eruislet Athenas à Perficis malis? Qvis etiam fuisset nu 9/ms expositor ? Si Dionysius in. principio periisset tyrannidis, qvis Siciliam à Chalcedonensibus liberaffet, insuscitabilem fore exspectatam? Si Periander punitus fuisset non post multum aliqvod tempus, qvis utiqve Apolloniam, qvis * Leucadiorum infulam, qvis etiam Anaxorium etiam amœnam eripuisset à sibi adversantibus ? - - Qvid qvod tempus illud pœnarum dilatarum longum videtur nobis tenuiter intuentibus, sed ad Providentiz oculum nihil cft, uti vicissim iste locus in quo vivimus corpora circumferentes, parvus omnino ad magnorum peccatorum punitionem : Tiσεως antem carceres , & que in inferno loca, multa utique quadam & inenarrabilia, & multitudines tormentorum inexcessibiles omnibus qui qualitercunques ibi funt. -- Propter magnitudinem punitionis non fimul tota fit adjectio, Excitare autem remorfiones, anima ingeniata funt, pracurfales ipfis maximarum paffionum. Ajunt enim & Apollo dorum tyrannum visionem vidisse, verberatum seipsum & desoltum à qualibus quibusdam, & sui ipfius cor ex lebete clamans, ego tibi borum Ptolemai autem Cerauni vocantis amicos putare feipfum in fomnis vocari **64**4[A. ad judicium à Seleuco, vulcures autem ibi confidere & lupos judices. Talia ma-Jignis praludia appensarum punitionum,

9. Qvomodo peccata aliena, parentum puta vel superiorum puniantur in liberis ac subjectis? Quod autem peccatorum progenitorum dixas suffinere dicuntur quidam, & revelationes & τελεταί manifestant boc, & etiam λύσιοι quidam Dii purgare ab iis assimantur. Respondet gentem sive familiam, & Civitatem pro uno qvodam corpore haberi, esseque illi suum præsidem πολιδχον atque εμόγνιον, adeoque non alie-Rrs 3 na

* xagisorar, interpres reddit gandiofam,

na effe talia peccata propter illam conjunctionem atque fimilitudinem. Quid igitur adbuc inopinabile & vindictas folvere animas translatas in altera corpora pro iis qua in aliis corporibus?

10. Providentia unius DEI laudatisfiima cognoscente omnia & in bonum reducente, qvomodo & Angeli providere dicuntur, & dæmones, atqve si velis & Heroës & animæ cum Diis mundum condispensantes ? Respondet, providere DEum universaliter ac totaliter omnibus, ut unum & bonum, cæteros partialiter, subordinate, & qvibusdam.

III. Liber Procli de malorum subsistentia.

Περλ της των κακων υποςάσεως μονόβιβλω, de malorum subsifentia, liber fingularis, cujus mentionem reperit Holftenius in Scholio marginali Graco Codicis Medicei ad Proclum in Remp. Platonis, pag.358. ad verba v. 9. à fine , élentay pèr s' dia minérous à aillois περλ τέτων. Scholion ita se habet : Το μέν έν τῷ περλ τῆς τῶν κακῶν ὑποςάσεως μονοβίβλω, το δε ἀν τοῖς ἀς τον λόγον τῆς Διοτίμας περλ της των κακών υποςάσεως, Exstat & hic liber Latine ex Guil de Morbeks versione, atque hac capita ex Platonis maxime sententia persequitur, 1) an sit malum, 2) si sit, utrum in intellectualibus? 3) si in senfibilibus, num secundum causam principalem, 4) si non sit secundum causam principalem, an substantia aliqva # ipli danda, an penitus ponendum avisoiov & avunosatov. 5) Et, si est hoc, qvo. modo sublistit, principio altero existente, & unde incipit & usqve qvo procedit ? Et adhuc 6) qvomodo Providentia existente est malum & unde eft? Si non folum inftituit bonorum naturam Pater, fed & vule nibil effe usquam malum, qua unxavñ vel arte (ubfiftit malum quod Conditor fubsistere non voluit? Non enimalia quidem ip/umvelle, facere autem alia licitum, sed velle & facere in divinis simul junt & conjuncta : quare non solum involitum DEO malum fed & avonosarov, non tantum illo non faciente (nam boc nequidem fas cogitare) sed nec esse faciente. Respondet, malum Phylicum hoc est corruptivum cujusqve substantia, potentia, operationis non effe malum sed bonum, qvia propter bonum & qviaex corruptione generatio, qva constat Mundus, & universi ordo ornatur. Non dari autem malum axegry & autoxaxoy, zternamve ideam

Malum duernvortegos instabilius non ente pronunciatur in oraculo Chaldaico apud Proclum.

Digitized by GOOGLE

ideam & id_{G} mali, ac substantiam, sed morale etiam malum esse bono mixtum atque ut bonum, à DEo, ut malum ab alia causa impotente: nihil enim esse malum hoc nisi minorem majorem ve declinationem, recessum, defectum & privationem ab $duraya\Im \tilde{\omega}$, & tantum bono, velut tenebras à Sole. Esse debilitatem & absentiam potentia in operando, non potentiam: partialibus malum, Universo non malum.

II. Malum nec in Diis nec intriplici ήγεμονικα meliorum generum, hoc eft nec in Angelis, (quomodo enim Deorum nuncios of elucidatores vocabimus, si malum qualitercunque in ipsis ? qvi imaginem illorum gerunt & in mpogupous versantes de bonitate ipforum participant) nec in Dæmonibus nec in Heroibus. Aut prater naturam ipfius facies DEus, malagenerans, aus omne subsistens inde erit boniforme, U exvovov manentis in ipso bonitatis. Sed neque ignis; ajunt, infrigidare, neque boni, malum à seipso producere. Duorumigitur altenum, aut neque esse malum dicendum malum, si deitus : aut esse, & non deitus esse. Contracos qui in damonibus malum πρώτως effe docebant, ita differit: Sune aliqui qui & passiones damonibus tribuunt, alii secundum naturam, quando mortes ipforum & generationes alias & alias tragædizant : alii ex electione folum; quando nequam quos dam & malos nominant demones, quos & animas inquinare & ducere ad materiam', & eum qui sub terra locus, ab itinere in calum detrabentes. - - Hos rogare oportet, utrum damones quos malos effe dicitis, 5 fibi ipfis effe dicitis tales aut non fibi fed aliis? Nam fi fibi ipfis mali, duorum alterum, aut manent in malo, fempiterno tempore, aut transmutationis funt fufceptivi, Et siquidem semper mali, quomodo quod ex Diis subsistit, semper malum? Melius enim non effe omnino quam femper male effe. St autom transmutantur, non sunt substantia mali sed babitudine, in quibus melius & deterius & Demones autem semper omnes in damonum ratione, & vica alia species, Si autem fibi ipfis quidem boni, aliis autem mali quos in suo ordine singuli. ad deterius ducunt, simile at si quis doctores vocaret nequam, & padagogos quosdam qui castigatores peccatorum ordinatinon permittunt persequentibus flu-Etuose meliorem ordinem pro conveniente ipsi. Aut fiquis ip/os ante face a ftantes & inquinatum detinentes extra mepsBorny, id est cortinas, malos nominaret, quia participatione interiorum probibent. Erat igitur malum non extras manere dignis, led elle talis ordinis & tali probibitione dignum. Sigitur & ex damonibus in Mundo alie surfum ducune animas, alie nondum valentes ascendere custodiunt in sui ipsorum moribus, neutros utique merito dicemus malos, nequt

EXCERPTA E LIBRO PROCLI LH, V. cap. 26.

que illos (sparantes, neque bos detiventes, Oportebat enim elfe & bos qui inquinatum & progressu in cælum indignum, in eo qui circa terram loco coercentes habent. Non ergo malum neque in ils ratio adinvenire videtur, secundum, enim ipsorum naturam singuli faciunt qua faciunt, & semper codem modo. Hoc autem non malum.

III, In Animabus malum debilitas non femper & unice adhærendi melioribus vero & bono: descensus inde ad deteriora & oblivio, atqve in corpore versantibus inclinatio κακεργέτις, & à ratione dissidum. Sunt qvibus το πρώτως κακον & αυτοκακον Materia; & Animabus debilitas per casum in materiam. Sed negat hoc Proclus, & essente etiam ex DEo corpus & materiam, ambo DEi gennemata profitetur: Materiam το πρώτον αόρισον, substantialemqve infinitatem perinde ut corpus mixtum, à DEo, una causa dependere: Animas vero peccasse anteqvam in materiam detruderentur. Non essente duo principia: Materiam nec bonum essente nec malum, sed necesfarium & ab αυταγαθώ, imo gradu distans.

IV. Bonorum causa una, æterna, determinata, universalis, factiva DEus: malorum causæ multiplices & infinitæ aliæ animabus aliæ corporibus, fluctuosæ, indeterminatæ, inordinatæ & singulares, naturam animarum & corporum ex necessitate circumambientes, ex impotentia incommensuratione $d\sigma_{x}\delta\pi\varphi$, inharmonizatione. & debilitate, deteriorisque victoria. Bona habent hypostasin, mala parhypostasin. Bonum species, malum sine specie ac velut privatio.

V. Malum habet agere & posse à contrario bono, qvod debile & inefficax propter mixturam mali fit, & malum efficaciam. & operationem transfortitur propter boni præfentiam, in uno enim ambo. Sic in corporibus qvod præter naturam eft, debilitat id gvod secundum naturam, latitante natura ad operandum, & ordine (in qvo bonum) soluto. Sicin animabus malum quando vincit bonum, utitur illius potentia ad suum, scilicet ea que rationis, & inventionibus ad concupiscentias; & tradunt invicem ex sui ipforum natura, hocqvidem de potentia, hoc autem de debilitate : qvoniam fecundum fe, malum neqve agere natum est neqve posse : omnisenim potentia bonum, & omnisoperatio extensio potentia Qvod & Plato sciens, injustitiam ipsam secundum se & debilem. elt. & inactivam effe ait : justitiz autem przsentia & potentiam habere &

ad

JOOGLE

Digitized by

DE MALORUM SUBSISTENTIA.

ad agere duci non manentem in fui ipfius natura: neque in a coim privatio folum, quoniam & præjacens ipfum vitale ens dat & malo yite participationem. Vita autem omnis potentia secundum se, in. potentia autem aliena factum malum, contrarium est bono suipsius potentia ad adversari utens: & magis qvidem potentia inexistent majores operationes & opera mali, minus autem minores. Jam & in corporibus naturæ potentiis fimul & qvæ in ipfis definit præter naturam operatio, & hæc eo qvod præter naturam, tunc magis existente soluto omniquaque ordine. Quare & in animabus majora quidem à minori malitia, minora autem à majori opera: solificata enim à contrario, secundum turpe quidem ipsius & informe augetur, fecundum virtutem autem & operationem minorata debilis fimul & inefficax eft. Non enim ab ipla potentia, ut utiqve & augmentata etiam potentia ad majus transitio effet : sed ex præsentia contrarii, puta si & caliditatis potentia utatur ad sui ipsius opus frigiditas vincens & subjacens illius potentiam. Deficiente igitur contraria natura & co quod magis defectu ad privationem habet ro magis, ea autem qvæ virtutis submissione ad facere est debilior, malum qvidem est magis, agit autem minus,

VI. Et quomodo potentia esset ens malum, si omnis potentiæ opus falvare iplam in qvo est, malum autem dissipat unumqvodqve cujus est malum. Est ergo malum inefficax & impotens fecundumse, si autem, & involuntarium est ut ait ille, & involitum crit utiqve : & sic primissimæ trinitatis boni privatio, voluntatis, potentiz, operationis. Bonumqvidem enim&volitumeft, & potens & efficax lecundum ipfius naturam : malum autem involitum & debile & inefficax. Neqve enim volitum ulli qvod ejus corruptivum, neqve potentiz qvod potest ipsa corrumpere, neqve operationis ro non secundum potentiam habere hypostasin iplius. Sed ficut mala appetunt ut apparentia iplis bona, & est malum iis apparens, volitum propter mixturam boni tale dicimus: fic utique & potentia in malo & factio est apparenter, qvia non secundum se neque qua malum, sed extrinsecus, cui & magu Désmue id est juxta extitit, & ad qvod dicitur malum. Hoc ergo & mihi videtur & qvi in Thezteto Socrates oftendens potentibus aliqualiter affequi ipfa, neqve . 855

Libri V. Pars 4.



EXCERPTA EX PROCLI LIBRO LH. V. cap. 26.

qve privationem neqve contrarium bono malum dicere, neqve, enim privatio facere aliqvid potens, aut totaliter potens: neqve contrarium qvod fecundum fe, neqve potentiam neqve operationem habet: fed fic aliqvaliter fubcontrarium ipfum nominare, qvod fecundum fe qvidem elt privatio, qvia autem non omnino perfecta eft privatio, fed fimiliter cum habitu transfumens de potentia, inde-& de operari in contrariationis partem confituitur, & neqve privatio eft perfecta, neqve contrarium fed fubcontrarium bono.

VII. Tria hæc qvæ debilitari poffunt, & in qvibus eft malum, anima particularis, animæ idolum (in animalibus) & corpus, Corpori, prater natur am effe: anima idolo, prater rationem effe: anima, prater intellectum effe. Secundum rationem vitz defectus, agritudo : at ignorantia & intellectus privatio, impitudo, live circa diávolar live circa opinionem, hoc est jam scientiz jam artis inopia. Turpe autem & ægritudo aliter qvidem in cognitionibus, aliter autem in impetibus. Etenim appetitus non lecundum rationem, & lenfuum. autem multi & phantaliz przcipites, qvibus qvidem vita in actioncy appetitibus contrariantibus : qvibus autem in speculationibus phantalia præterincidente & purum iplarum & immateriale auferen-Inde phantaliæ inconvenientes aut consensus mali & electiones te. turpes, autextra & in actionibus variis aut lecundum iram aut lecunpum concupilcentiam factis. Et ro præter naturam duplex: Elt enim surpitudo, qvæ in corpore præter naturam, speciei enim ut in monstris, est hoc debilitas & defectus. Et egrinude ejus, co qvi in iplo ordine & commenfuratione foluta, ut in corruptione, morbo, dolore

VIII. Multis malum meditatum qvidem & intra animam, manens occultatur & bonificatur ut turpe & inconveniens. Actum, autem qvale eft, evidens fit: manifestatur autem pœnitentia & animæ conscientia, velut ipsa exprobrante sibiactum. Qvoniam & Medicorum artes ulcerum aperturis ad evidens ducentes passionem & intus occultatam causam facientem ægritudinem, imaginem exhibent providentiæ operum, & factionibus turpibus & passionibus admittentis, ut utiqve immutata ab eo qvi in ipsis conceptu & sub caufato & inflato malis habitu principium periodi & vitæ sumant melioris. Qvæcunqve autem intus sunt passiones ipsius, ipsum malignantis bonum habent, secundum qvod semper ad proprium ducunt animam,

506

mam, cujus electiones in iplis habent dien, ita que in animabus ler. ducit unamqvamqve ad suum, & cam qvz ex Providentia dignitatemi.

IX. Non poteft effe malum, finon contrarium cogitetur maa lum, qvoniam boni gratia omnia & ipfum malum: fed omnia gratia boni. DEUS incausativus (arairio) malorum, nusquam enim malum (qva malum) inde, fed ex aliis causis & qvibus generare non secundum potentiam, sed propter debilitatem existere dictum. eft. Propter quod mihi videtur Plato circa Regem omnium omnia ponens & illius gratia omnia, & qvæcunqve non bona, phantafiata. enim ut bona, & hæc entium funt fimiliter bonorum, omnium caufam illud appellare & non femel omnium, (neqve enim malorum, fed & horum incaulativum) & omnis entis caulam, etenim horum tanqvam entium, & qva bonum unumqvodqve. Si itaqve hæc recte dicimus, & omnia utique ex Providentia erunt, & malum habebit locum in entibns. Qvare & faciunt Dii malum sed tangyam bonum? & cognolcunt utomnium unialem habentes cognitionem, impartibiliter qvidem partibilium, boniformiter autem malorum, unialiter autem multitudinis. Alia enimanima cognitio, & alia intellectualis natura, alia Deorum ipforum: hic qvidem autorimt @ five ex le mobilis, hic autem æternalis cognitio, hic autem indivisibilis & unialis iplo uno omnia & cognolcens & producens,

Hactenus excerpta ex Procli libro inedito de mali subsistentia. IV. Procli Hymni.


Complures olim à Proclo concinnati fuerunt Hymni, quibus Barbarorum pariter & Græcorum Numina celebraverat, veluti qvidam non municipalium facrorum fed ingentis omnium Deorum templi, Mundi hierophantes, ut narrat Marinus in Procli Vita C. 19. Verum foli ex illisætatem tulerunt bymni quatuor, qvorum primus eft in Solem, secundus & tertius in Venorem, (qvi afferuntur etiam à Johanne Stobzo five Stobenfitit. 63. florilegii, pag. 249. edit. Grotianz) & qvartus in Musas. Hi elegantislimi hymni Grzce, subjecti funt Hymnis Orphei five Onomacriti editionis Aldinæ A, 1517.8. Grzce & Latine fed minus emendati & cum versione inepta leguntur in.

555 2

507

in Jacobi Lectii corpore Poetarum Græcorum Heroicorum pag.73 7. Coloniæ Allobrogum 1606.fol. Novissime separato folio illos ut publicis Lectionibus illustraret, excudi curavit D. Godfridus Olearius ό μακαείτης Lipliæ 1700.8. addita hymnis in Solem & Mufas sua, cæteris Metaphrasi Hugonis Grotii. Istud folium fugitivum qvoniam paucis visum facile se potest qværentium oculis subducere, hoc in loco Lectore ut spero haud refragante integrum inserendum duxi. Czterum ratio fugit Lilium Gyraldum, cum hymnos istos tribuit non Proclo nostro Lycio, sed Hierophantæ cuidam Laodicensi hujus nominis, cujus aliorum scriptorum Svidas mentionem facit, nullam hymnorum. Neqve Joanni Keplero facile aurem præbuerim, qvi lib, V. cap, 10. Harmoniæ Mundi, hymnum Procli in Solem, gvem

ΠΡΟΚΑΟΥ ΑΥΚΙΟΥ ΥΜΝΟΙ EIS TON MALON.



Αῦθι * πυρος νοερέ βασιλεῦ', Χρυσήνιε τιτάν. Κλῦθι Φάκς ταμία, ζωαρκέ ω άνα πηγής Αυτός εχων κληίδα, και υλαίοις ενί κόςμοις Υψόθεν άρμονίης φύμα πλέσιον εξοχετεύων.

Kénhugi, masatin yap ew une auge of elen, Και κόςμε κραδιοῦον ἔχων έριΦεγγέα κύκλου, Πάντα τεής έπλησας εγερσινόοιο προνοίης. Ζωσάμενοι δε πλανήτες απθαλέας σέο πυρσθς Αιέν ύπ' άλλήμτοισι και άκαμάτοισι χορέιας: 10 Ζωογόνως πέμπωσιν έπιχθονίοις ξαθάμιγγας. Πασα δ ύφ υμετέρησι παλινόσεισι διφρέιαις Ωράων, κατα θεςμον, ανεβλάσησε γενέθλη.

Στοιχώων δ' ορυμαγδός έπ' αλλήλοισιν ίόντων Παύσατο, σθο ΦανέντΟ, απ' άζζήτε γενετηςΟ. 15 Σόι δ υπο μοιράων χορός έκαθεν ασυφέλικτο. Αψ δε μεταςρωφωσιν αναγκαίης λίνον αισης Εύτε Γέλας, πέρι γας κρατέας, πέρι δ ίφι ανάστας. Σειρής δ υμετέρης βασιλεύς θεοπειθέο διμης Εξεθορεν ΦοίβΟ, χιθάρη δ' ύπο θέσκελα μέλπων.

20. Eu-

Digitized by GOOgle

Qvomodo Aella & Engillatim Sol exaudiat preces, disputat Plotinus IV. 4. pag. 423 & 435 leg.

ad CHriftum applicat pie magis quamex Procli sententia, pag. 246. conjicit fuille partem unrewanis BiBAs, de qua infra inter scripta. hujus Philosophi deperdita. Porro inter DEos à Proclo hymnis celebratos apud Marinum cap. 19. referuntur etiam Marnas Gazæus, Æsculapius Leontuchus Ascalonita, & Isis qvæ colitur Philis Ægyptiis, & Arabum Theandrites, quasi masculum DEum dixeris, itaenimlegendum pro Quarde irns, observavi è Damascio apud Photium pag. 565. qui cum describit afferumor ov orta Ocov negi rev agutov (lege άθηλυν) βίον έμπνέοντα τοῦς ψυχοῦς. Sic θηλυν βίον pro vita effœminata dixit Philo lib. de profugis pag. 356. περί à που έμεθα όι τον άναν-Spor xay Si rur ortws Bior metadiaxortes. Versum Procliex ejus hymno ut opinor in Bacchum affert Olympiodorus in vita Platonis p. 584.

PROCLI Philofophi HYMNI.

1. IN SOLEM, Godfrido Oleario interpreter

Udi cœleftis Flammæ Rex, auree Titan, Arbiter & lucis, fontis Rex inclyte vitæ Clavem folus habens, in fenfibiles quoque mundos Ex alto harmoniæ derivans flumina læta.

5 Audi, nam mediam superas sedem ætheris, & te Interiora tenent mundi, ac pulcherrimus orbis : Sicqve imples animante animos iple omnia cura, Igne planetarum tuus o Rex pascitur ignis, Qvi nungvam fessi ductis line fine choreis

10 Vivificum terris dimittunt undique rorem, Vestris perpetuo repetitis motibus omnis Æternas juxta leges hic nascitur Hora. Dedidicere suos adversa elementa tumultus Te simulae natumArcano genitore viderent;

15 Parcarum obsequio regis implacabile numen, Si jubeas, subito fatalia fila revolvunt. Namqve tuum imperium eft, tu nutu cuncta gubernas. Ex ferie æterna pellacis carminis autor Profiliit Phæbus, divinaqve carmina cantans 20, Con.

S 5 5 3

Com Nobiliff, Dobleso malim cingitar.

PROCLI PHILOSOPHI. Lib. V. cap 26.

20 'Ευνάζα μέγα κύμα βαρυΦλοίς βοιο γενέθλης.
Σής δ' άπο μαλιχόδωρ αλεξικάκε θιαστίης Παιήων βλάςησεν, έην δ' έπέταστεν ύγείην.
Πλήσας άρμονίης παναπήμον σ' έυρεα κόςμον, Σε κλυτον ύμνειεσι Διωνύστοιο τοκήα.
25 'Υλης δ' αυ νεάτοις ένι βένθεσιν, ευιον άτην, άλλοι δ' άβρον Αδωνιν έπευΦήμισαν αοιδαύς.
